Iberalitati quas aptiores. Hic qntus liber est q in septẽ diuidiẽ capitula: in quorũ prio agiẽ de hũanitate & clemẽtia: humãitas i charitate uersaẽ: clemẽtia in remissione acceptæ iniuriæ: sed p̃fatur in hoc principio more suo Vale. & rõnẽ ostẽdit cur hoc capitulũ supiori cõiungat. Quarũ prima. s. liberalitas q̃ ĩdigẽtibus succurrit unde ait p̃staẽ inopia: qm̃ aduersus inops maxime liberales eẽ debemus. ꝑ Proxima oc. Secũda. s. humãitas: est enim hũanitas charitas ex animi teneritudine ꝓueniẽs. ꝑ Occupatiõe: p̃uentiõe. ꝑ Tertia. s. Clemẽtia. ꝑ Ancipiti for. qa clemẽtia est accepta iniuria animi ĩpetũ reprimere: ideo ancipiti fortũa: qa eius qui te offenderit uita in dubio est. ꝑ Eius cõmẽdatio. qa liberalitas clemẽtiæ & humãitati uidetur anteponẽda. ꝑ Ex ipso numine. s. libero patre a quo libertas & liberalitas dicta est. OLI.

Liberalitati &c. Eodē filo quo titulos & capita colligare solet etiā libros colligat: aptitudinē uidelicet trāsitus a pcedētibus ad sequētia cōmēdatitia eius qđ dicere parat pfatiōe declarādo: ut hoc loco suo ordine lucebit. Ordo āt ē. Quas comites aptiores. i. cōueniētiores q̄ hūanitatē & clæmētiā: dederim. i. dare possim liberalitati? q. d. ut uideo nullas (Vtit aūt fœminino genere: qa ea oīa q̄ natura adiectiua sunt genus ab adiūcto accipiūt tam tacito q̄ expsso: quo circa quū de liberalitatis) q̄ fœmininū replentat sexū (comitibus loquat. & fœminis fœminæ magis q̄drēt. dixit quas comites: dicēdo autē comites quodāmō iferiores eē inuit. qđ & in fine huius pfatiōis clarius docet) Q. m̄ sup. hūanitas & clæmētia expetūt idē gēus laudis: qđ. s. liberalitas. Quarū. s. triū: prima: utpote liberalitas pstat. i. exhibet & ipēdit: sup. in iopia. i. rerū & auxilii carētia pxima. i. pxime dicta hūanitas sup. pstat in occupatiōe. i. puētiōe & oppssiōe: tertia. s. clæmētia psta tur sup. in fortūa ancipiti. i. dubia & piculosa: quūq;. i. & quū nescias: quā. s. harū triū affectionū hūanarū tu probes. i. aliqs pbare hoc est cōmēdare seu approbare possit ac debeat maxiē: tn̄ eius. s. liberalitatis cōmēdatio ut pcurrere. i. cursu locū hōestiorē cæteris anticipare: cuius nomē est q̄situ. i. ptū ex ipso numine. s. Liberi patris: q liber dictus ē ab effectu uini qđ liberos curis & libere loquētes facit: & liberalis q sit lætitiæ dator unde æneid. Adsit lætitiæ bacchus dator & bona iuno: ad liberales. n. ptinet hilaria istruere cōuiuia. Hoc aūt modo fere legitur & itelligit hic textus: Et ut dixi ex eo q hūanitatē & clæmētiā liberalitatis comites dixit: uf liberalitatē cæteris ptulisse. Verūtamē aliis: qa in præfatiōe eius de quo dicturus est cōmēdare solet excellētiā: uidet q hic humanitatē cæteris platā uelit: & q legendū sit ex ipso hoīe: qa ab hoīe humanus unde humanitas dicitur.

Atque oīa tn̄ humanissima: & clemētissima senatus acta referā. Qui cū carthaginiēsiū legati ad captiuos redimēdos ī urbē uēissent: ptius his nulla pecūia accepta: reddidit: iuuenes nūerū duūmiliū: & septīgētoꝝ q̄dragitatriū explētes. tn̄ hostiū exercitū dimissum: tātā pecūiā cōtēptā: tot punicis iniuriis ueniā datā: ipsos legatos obstupuisse arbitror: ac secū dixisse. O munificētiā gētis Romanæ deoꝝ benignitati æquandā. O etiam nostrā legationē supra uota felicem. nam beneficium quod nunquam dedissemus: accepimus.

¶De Senatu Romano.

Illud quoq; nō puū hūanitatis Senatus: idiciū ē. Siphacē. n. quōdā opulētissimū Numidiæ regem captiuum ī custodia Tiburi mortuum publico funere censuit efferēdum: ut uitæ dono honorem sepulturæ adiiceret.

OLI. Atque oīa aūt. De humanitate dicit Po. Ro. q̄ erga carthaginēses hostes acerrimos usus est primo punico bello: qđ ductu & auspicio. M. Attilii gestū fuit in quo magnū captiuorū numerū multis partis uictoriis: multisq; cladibus illatis carthaginēsibus cōtraxerat: & Romā miserat: quos oēs Rōani carthaginēsibus cōdonarūt: fuerūt āt ad duū miliū semptingētorū. l. triū numerū: isup etiā legatos q ad eos redimēdos cū grādi pecūia uenerāt spreta pecūia benigne hospitio publico susceperūt: oēs acceptas iniurias Cartha. remisēret. q̄ qdē tāta fuit hūanitas: ut ipsi legati præ admiratione obstupuerūt. O supra uota fœlicē: Quia plus accepimus quam obtinere sperabamus.

Illud quoq; nō parum. Syphax numidiæ rex opulētissimus fuit quē. ii. punico bello Scipio deuicit & in triumphū duxit. Fuit aūt in numidia tantæ potētiæ: ut eius amicitiā & societatē Romāi pariter & carthaginēses sūmo studio & cōtentiōe cōquierint: ut in eo bello maximū ad uictoriā momētū eē uideret qbus ille se adiūxisset. Itaq; tantū eius maiestati duo potētissimi i terris populi tribuerūt: Rōanus & Carthaginensis ut unopere: & Scipio īperator ad amicitiā eius petēdā relicta puīncia hispāia exercituq; cū duabus qnq; remibus in aphricā traiecerit: & Haldrubal pœnorū dux: nō ipse modo ad eū uenerit: sed filiāq; ultro illi nuptū dederit: qbus nuptiis a Romana societate defecit: sic planius & diffusius dicturi sumus in capitu. de mutatione casus & fortunæ. hunc igitur syphacem a Scipione uictum & captiuum romam missam: tyburi in custodia habēdum senatus curauit: ibiq; mortuum publico & regio funere efferendum censuit. qua quidem humanitate & clementia in persam quoq; macedoniæ regem quem Paulus Aemylius uictum duxerat in triumphum usus est.

ASCēsius ¶ Ante oīa aūt. Alii legūt ante oīa tamē quorū lectio uidet approbare opinionē illorū q sentiūt ab authorē liberalitatē cæteris prælatā: ut sit. Quāuis hūanitas & clæmētia præclara sunt mentiū ornaméta: tamē ego referā ante oīa acta senatus hūanissima &c. legētes ante oīa aūt uident sic intelligere ut hūanitatē cæteris pferat: & dicat referā aūt ante oīa acta senatus hūanissima & clæmētissima. Qui. s. senatus cū legati carthaginēsiū uenissent in urbē hoc est romā ad redimēdos captiuos: reddidit ptinus his. s. legatis iuuenes explētes numerū duū milliū & septingētorū quadragintatriū nulla pecunia accepta: hoc est gratis. Ego arbitror (inqt author) legatos ipsos obstupuisse: tantū exercitū hostiū dimissum. s. e captiuitate: tantā pecuniā: q̄tā pro illorū redēptione accipere potuisset cōtemptā sup. esse: & ueniā datā tot iniuriis punicis. i. a pœnis hoc est ipsis carthaginē. illatā: ac arbitror legatos dixisse secū. O munificentiā gentis romanæ æquādā benignitati deorū. O etiā legationē nostrā felicem supra uota. i. supra q̄ sperabamus: nā accepimus beneficiū quod nunq̄ dedissemus. Illud quoq; quod sequitur est indicium nō paruæ. i. ingentis per liptotem humanitatis senatus. s. romani. Enim pro quia: censuit Syphacem quondam opulentissimum rogum Numidiæ mortuum captiuum in custodia (honeste dicit pro carcere) tiburi. i. apud tibur & bene per i pronunciat nomen tertiæ in loco: efferendū. i. ad sepulchrū aut regem ferendum funere publico. i. impensa facta ad pompam funeris ex publico: ut adiiceret dono uitæ: nā cū statim necare potuisset uiuū ī custodia teneri maluit: sed forte (qđ apte tacet) i triūphū Scip. reseruatū honorē sepulturæ.



Onfecto macedoniæ bello. Hoc fuit bello macedonico quod contra persem gessit Paulus æmilius: ut sæpe dictũ est. Ná Musochanes masanissæ regis filius in auxiliũ Romanorũ cũ multis equitibus missus a patre cum iam debellata prouincia & finito bello ab imperatore Roma. remitteret ad patre ui tẽpestatis cõpulsus est: & graui morbo correptus: quod ubi senatui nunciatũ est eo quæstorẽ cõtinuo miserũt: qui adolescẽtis ualitudinẽ diligẽtissime curaret: & oia quæ illi atq; uniuerso comitatui suo necessaria forẽt abundãtissime subministraret classem reficeret & liberatũ cum muneribus ad patrẽ tuto remittẽdũ curaret: sunt Masanissæ numidiæ regis quẽ amicissimũ Po.Ro. fuisse cõstat & in amicia usq; ad ultimũ sui fati diem permãsisse: musochães uero eius filius morit antequã pater. Delatus. necessitate cõpulsus. s. ui tẽpestatis: nam inter deferri & uenire hoc interest. quod uoluntate uenimus: necessitate deferimur. Illo: ad eũ locũ. s. brundusiũ. Quæ opus essent. Dicimus opus ẽ mihi hac re & hæc res & huius rei. sed hoc ultimum rarũ est. Quingẽtos se. quinquaginta sextertia. & notandũ dici hoc sextertiũ & hic sextertius: ut hoc loco masculini generis: apud alios neutri. Mar. annis abit bisquina dabit sextertia dixit. est aũt sextertiũ dipondius & semis: põdo uero libellã cõtinet: ergo sextertiũ duas libras & semis habent teste Var. & a semis & tertius dictus est sextertius siue sextertiũ: ná sic quoq; dicimus dipondius esse & dipondiũ. Quæ tam prompta: Hæc tanta inquit humanitas senatus potuit esse patrem a filii interitus dolore ĩpatiẽti reuocare: si forte eo tpe Musochães obiisset. Desideriũ eius. i. mortem. Vnde desideratum dicimus mortuum: quo uerbo utitur frequẽter Iulius celsus: ut eo die quattuor milia desiderata sunt.

De Eiusdem Senatus Clementia.



Onsimiliq; Clemẽtia ĩ Perse usus ẽ. nã cũ albæ: ĩ q̃ custodiæ cã relegat⁹ erat: decessisset: Quæstorẽ misit: q cũ publico funere efferret: ne reliqas regias iacere ĩhonoratas pateret hostibus hæc: & miseris: & fato fũctis officia regib⁹ erogata. illa amicis: & felicib⁹: & uiuis tributa sũt.

De Eodem Senatu in Filium Masinissæ.



Onfecto macedõico bello musicães Masinisse filius: cũ eqtibus: quos ĩ p̃sidiũ Romãoȝ adduxerat: ab ĩpatore Paulo ad patrẽ remissus: tẽpestate classe dispsa: Brũdusiũ æger delatus ẽ. qđ ubi senatus agnouit: cõtiuo illo q̃storẽ ire iussit: cuius cura: & hospitiũ adulescẽti expediret: & oia: q̃ ad ualetudinẽ opus eẽnt: præberentur. impẽsæq; liberaliter tũ ipsi: tum toti comitatui præstarentur. naues ẽt ut prospicerentur: quibus ipse bene: ac tuto cũ suis ĩ Africã traiiceretur: equitib⁹ singulas libras argẽti: & qngẽos sextertios dati imperauit: quæ tam prõpta: & tam exquisita patrũ. C. hũanitas efficere potuit: ut ẽt si expirasset adulescẽs: æqore aĩo desyderiũ ei⁹ pater toleraret.

De Eodem in Prusiam.



Dẽ senatus cũ ad gratulãdũ sibi Prusiam Bithyniæ regẽ pse deuicto uẽire audisset: obuiã illi. P. Corneliũ Scipionẽ Quæstorẽ Capuã misit: cẽsuitq;: ut ei domus Romæ: q̃ optia cõduceret. & copiæ: nõ solũ ipsi: sed ẽt cõitibus eius publice p̃berẽt. In eoq; excipiendo tota urbs unius hũani amici uultum habuit. Ita q amantissimus nostri uenerat: duplicata erga nos beneuolentia in regnum suum reuersus est.





Dem senatus cũ. nõ minori humanitate usus fuisse uidet senatus in prusiã bitiniæ regẽ qui gratulatũ Romã uenerat de uictoria q̃ ex psas: rege superato gloriosissimã cõparauerãt Romãi: nã illi more maiorũ q̃storẽ obuiam misit: publicũ Romæ hospitiũ pro regis dignitate paratũ cõduxit: copiã rerũ oium illi comitibusq; suis: p̃buit: illũ deniq; tota ciuitas cũ summa lætitia & alacritate suscepit: ut non de uictoria gratulatum uenisse: sed a uictoria superbum rediisse cognosceres.



Consimiliq; &c. Senatus sup. Romãus usus est cõsimili clæmẽtia in psa rege macedõiæ a Paulo Aemylio in triũphũ ducto. Nã cũ decessisset. i. mortuus esset albæ. i. in eo oppido unde Ro. fere oriundi: inq. i. in qđ oppidũ psa aut pses aut perseus (tribus. n. uocibus illis nomẽ eius uariatũ legimus) relegatus erat causa custodie: misit q̃storẽ. i. publicæ: pecuniæ receptorẽ & custodẽ: q efferret id est efferendũ curaret: eũ. s. persam: funere publico. i. publica ĩpensa instructo ne patereč reliquias regias. i. eius qui aliquando rex fuerat iacere inhonoratas. i. sine honore sepulturæ. Hæc. s. iam dicta officia erogata sunt hostibus. s. Carthaginẽ. & regibus miseris & functis fato. i. defunctis munere uitæ: uidelicet syphaci & persæ: illa. s. quæ dicturus est tributa sunt amicis & felicibus & uiuis. Confecto macedonico bello. i. postq̃ bellum macedonicum erat finitum ex sententia populi Romani Musichanes seu ut alii scribunt Musacanes filius Masinissæ regis numidiæ Po. Ro. amicissimi: remissus cũ equitibus quos adduxerat in p̃sidiũ. i. protectionem & honestũ auxiliũ Romanorũ: ad patrẽ. s. suũ masinissam ab Paulo. s. Aemylio ĩperatore: classe sup. eius qua uehebatur domũ: dispersa tẽpestate. i. per tẽpestatẽ subortã in mari: delatus est æger. i. aĩo & corpore male affecto: Brũdusium. i. ad illud oppidũ littorale: qđ ubi senatus agnouit: iussit cõtinuo q̃storẽ id est ærarii ut dixi dispẽsatorẽ: ire illo. i. illuc: hoc est Brũdusiũ: cuius cura id ẽ ut eius cura &. i. simul: hospiciũ expediret. i. expedite pararet adulescẽti. s. Musicãi & oia q̃ essent opus ad ualetudinẽ. s. curandã: p̃berent sup. ei: & impensæ præstarent liberaliter tum. i. simul ipsi. s. adulescẽti: tum. i. simul: toti comitatui. & ẽt ut naues prospicerent. i. p̃uide reperent aut cõficerent q̃bus ipse. s. dictus adulescẽs traiiceret in aphricã cũ suis: bene. i. cõmode: ac tu-

OL. ASCẽsius

to.f.a ui tempestatis.& imperauit singulas libras argenti & quingentos sistertios dati equitibus: quæ humāitas patrum cōscriptorū tam prōpta & tam exquisita.i.singularis: potuit efficere ut etiā si adulescēs.f.filius Masinissæ expirasset: pater eius toleraret.i.pateret desyderiū id est carentiā eius aio æquiore.i.minus cōmoto. ꝑ Idē se natus cū audisset Prusiā regē Bithyniæ uenire.i.Romā ad gratulandū.i.gratæ felicitatis ac uictoriæ aium uerbis indicandū: Perse.f.rege macedoniæ deuicto.i.postq̄ persen deuicerat Pau. Aemylius: misit publiū Cornelium Scipi. quæstorē obuiā illi Capuā.f.usq;:& cēsuit ut domus q̄ optima cōduceret ei Romæ:& copiæ.i.largæ facultates sumptus faciūdi pberent nō solum ipsi.f.regi sed etiā comitibus eius: publice.i.e publico ærario. Et tota urbs.i.ciuitas Ro.habuit in eo excipiēdo id est eminēter & pōpole recipiendo: uultū.i.spe.ic unius amici humani. Itaq; prusias uenerat amātissimus nostri & reuersus est in regnū suū beniuolentia duplicata erga nos.

THE. ℭMusicanes.quidam uetusti codices habent Musocanes: alii Musophones. ꝑ Perse deuicto. Vetera exēplar ia legunt per se: nec habent deuicto.

ℭDe Eodem in Ptolemæum.



NEc Aegyptus quidem Romanæ humāitatis expers fuit. Rex enim Ptolemæus a minore fratre regno spoliatus: petendi auxilii gratia cum paucis admodum seruis squallore obsitus Romā uenerat: ac se i hospitiū alexādrini pictoris cōtulerat. Id post: q̄ sēatui relatū ē: accersito iuuene: q̄ potuit accurata excusatiōe usus ē: qd̄ nec q̄storē illi more maiorū obuiam misisset: nec publico hospitio eū excepisset: eaq; nō sua negligētia: sed ipsius subito: & clādestīo aduētu facta dixit: & illū e curia subito ad publicos penates deduxit: hortatusq; ē: ut depositis sordib⁹ adeūdi ipsius diē peteret. qn ēt curæ habuit: uti mūera ei p Quæstorē quotidie darēt. his gradibus officiorꝫ iacentem ad regium fastigiū euexit: effecitq;: ut plus spei in auxilio. Po.Ro. q̄ metus i sua fortuna reponeret.

OLI. 

NEc ægyptus quidē. Adeo imensa fuit Roma. humāitas ut longe lateq; porrecta nō arctiores q̄ iperiū terminos habuisse uideat nō cōtenta finibus bitiniæ in ægyptū usq; peruēit. nā Ptolemæus a minore fratre regno cōspiratiōe pulsus Romā auxilii petēdi gratia pfectus multa Romāæ liberalitatis testimonia cœpit: nā cum miser & sordidus præter regiā dignitatē tum paucis admodū seruis clam urbē igræssus in priuatū hospitiū se cōtulisset: cōtinuo senatus re cognita illū ad se iussit acciri. & excusatiōe facta ꝙ nō illi more maiorum quæstorē obuia misissent ad publicū hospitium deduxit eiq; quottidiæ munera dari p quæstorē iussit. sunt qui uelint hūc fuisse Ptolemæū ultimū oium: cognomēto Dionysiū Auletæ filiū q Pōpeiū iussit occidi: cuius opibus & auctoritate fuerat eius pater per Gabiniū restitutus in regnū qd̄ ex Cæsa. cōmētariis de Alexādrino bello colligi posse dicūt ubi hæc iscripta sunt. In testamēto ptolemæi patris: hæredes erāt scripti ex duobus filiis maior & ex duabus ea q̄ antecedebat hæc uti fierēt p oēs deos perq; fœdera q̄ Romæ fecisset eodē testamēto Ptolemæus Pop. R. obtestabat: tabulæ testamēti una per lagatos ei9 Romā erāt allatæ: ut in ærario ponerent q̄ tum pp occupatiōes publicas poni nō potuissent. apud Pōpeiū fūt depositæ: alteræ eodē exēplo relictæ atq; obsignatæ Alexādriæ pferebant: ex qbus uerbis conijci posse dicūt a minore fratre p cōspirationē regno pulsum qd̄ ego nec affirmare: nec oīno refellere ausim. q̄ppe q̄ huius historiæ certū adhuc auctorē nō inuenerim: uerū illud me mouet qūo restitutus fuerit. & cur Pōpeij patrocinio nō fuerit usus cū apud illū testamēti tabulæ eēnt depositæ: aut si usus cur a Valerio cæterisq; auctoribus ingratitudinis nō dānatus cū patronū suū iusserit occidi. Extat pterea apud ipsum quē auctorē referūt Cæsa. ildē cōmentariis: ad hūc ipsum Ptolemæū Pōpeii legatio q̄ post pharsalicā pfligationē in ægyptū pfectus: ab hoc puero aduersus Cæsa. opem suppliciter īplorat: & eū p erogata tantū patri beneficia rogat: ut Alexādria recipiat: ubi ne uerbū qdē facit ex quo itelligi aut conijci possit: eū Romæ aliquādo fuisse: qd̄ satis admirari nō possum cum res tanta foret quæ a senatu magnopere curaret: & ad Pōpeiū ptinere maxime uideret; ppter tabulas testamenti depositas: omitto ꝙ Cæsar tunc eū pueri ætate fuisse ostendit: cū Pōpeius ad eum profugit. Valerius uero iuuenem appellat: quare cū hæc oia obscura: & incerta mihi esse uideantur aliis excutienda relinquā. ꝑ Obsitus id est Circundatus squalore immunditia est: Squalor immundities ac deformitas quæ nimio mœrore innascitur.

ASCĒsius ℭNec ægyptus quidem fuit expers humanitatis Romanæ. Enim pro quia Ptolemæus rex ægypti spoliatus regno a fratre minore.f.natu: uenerat Romā cum paucis admodū seruis gratia petendi auxilii. obsitus.i.obductus squalore.i.situ & imunditia cōtracta ex incultu: ac contulerat se in hospitium pictoris Alexandrini.i. Alexādriæ orti. Postquā id relatum est senatui: iuuene.f. Ptolemæo accersito.i.uocato in curiam usus est excusatiōe q̄.i.quātum potuit accurata: ꝙ.i.quia nec misisset illi obuiam quæstorem.i.dispensatorem & custodē ærarii more maiorum.i.ut maiores siphaci prusiæ & aliis facere soliti erant. nec accepisset eum hospitio publico: ut prusiam acceptum iam dixerat: & dixit ea.f.duo delicta ꝙ nec obuiam processisset nec hospitio publicō accepisset: esse facta non sua negligentia sed aduentu illius subito & clandestino.i.latente & occulto. & sup. senatus deduxit illum subito e curia ad publicos penates: & hortatus est: ut sordibus.i.squalore & situ depositis: peteret diem adeundi ipsius.i.sui: hoc est senatus: quinetiam.i.insuper: senatus habuit curæ.i.cura aut ad curam suam uti.i.ut munera darentur ei quotidie per quæstorem: quibus.f.sumptum quotedianum faceret: & sup. senatus euexit his gradibus.i.beneficiis per gradum impensis: aut his beneficiis officio graduum fungentibus: sup. Ptolemæum: iacentem.f.oppressum calamitate sua: ad fastigium.i.culmen regium: & fecit ut ptolemæus reponeret plus spei.f. de recuperādo regno: in auxilio populi ro. q̄ metus in fortuna sua.i.tam aduersa ut a minore natu pelleretur.

ATq; ut ab uniuersis: postq̄ de publica Roma. hūanitate dixit nūc ad priuatā uniuscuiusq; dicēdā trās/ OLI
gredit: & prio de. L. Cornelio cōsule: q prio pūico bello hānonē Carthaginēsiū ducē q i ꝓpugnatiōe
ciuitatis olbiæ fortiter dimicās occubuerat dignissimo funer curauit efferi tāq̄ nō ille hostis: sed Po.
Ro. socius & amicus extitisset: nā uictoria q̄to plus hūanitatis hūerit tāto minus iuidiæ contraxerit.
⁋ Olbiā op. iuenio tria huius nois oppida. Vnū teste Strab. ī massiliēsi agro. Alterū eodē teste i scithia: qđ ēt ber
ta ciuitas dicebat. Tertiū teste Solino i ca. de hoie i sardinia: Dicit. n. hic yphides: hiolaū creat q sardiniā igress⁹

CDe. L. Cornelio.

ATq; ut ab uniuersis Patribus. C. ad singu
los uēiā. L. Cornelius cōs. prio pūico bel
lo: cū Olbiā oppidū cepisset: ꝓ quo fortis
sime pugnās Háno dux Carthaginēsiū occiderat:
corpus ei⁹ e tabernaculo suo āplo fūere extulit. nec
dubitauit hostis exeqas ipē celebrare. eā demū ui
ctoriā: & apud deos: & apud hoies minimū iuidiæ
habiturā credēs: q̄ plurimū hūanitatis habuisset.

CDe Quinto Crispino.

QVid de. Q. Crispino loq̄r: cui⁹ hūanita
tē potētissimi affectus: Ira: atq; glia q̄tere
nō potuerūt. Badiū cāpanū: & hospitio be
nignissime domi suæ exceperat: & aduersa ualetu
dine correptū attentissima cura recreauerat: a quo
post illam nefariā campanorū defectionē i acie ad
pugnam prouocatus: cū & uiribus corporis: & ai
uirtutibus aliquanto esset superior: monere ingra
tum: quā uincere maluit. nam quid agis inquit de
mēs? aut quo te praua cupiditas trāsuersum rapit?
parum habes publica impietate furere: nisi etiam
priuata lapsus fueris. unus tibi Romanorum uide
licet Quitius placet: i quo scelesta exerceas arma?

palátes incolarū aios ad cōcordiam eblanditus.
Olbiam atq; alia græca oppida extruxit.
QVid de Qu. Crispino. Hoc fuit secū/
do pūico bello cū capua obsideret a
Ro. nā. T. Qu. Crispio Badius cāpan⁹
hospes erat p familiari hospitio cōiū
ctus. creuerat ēt cōsuetudo q ager Rōæ apud Cri
spinū Badius ante defectionē cāpanā liberaliter
comiterq; curatus fuerat. tū badius ꝓgressus an/
te statiōes q̄ ꝓ porta stabāt uocari crispinū iussit:
qđ ubi ē crispio nūciatū ratus colloqū amicū &
familiare q̄ri manēte mēoria: ēt in dissidio publi
corū fœderū priuati iuris paulū a cæteris ꝓces/
sit. postq̄ i cōspectū uenit ꝓuoco te iq̄t badius ad
pugnā: o crispie cōscēdamus equos & uter sit me
lior decernamus sūmotis aliis: ad ea Crispinus
nec sibi nec illi ait hostes deesse: in q̄bus uirtutē
ostēdāt: si ēt si i acie occurrerit declinaturū nunc
hospitali cæde dextrā uiolet: cōuersusq; abibat:
eniuero ferocius tū cāpanus increpat molliciē &
ignauiā & se digna ꝓbra i isontē iacere: hospitalē
hostē appellās. simulātēq; pcere cū sciat se nō pa/
rē eē. si parū publicis fœderibus ruptis direpta
simul & priuata iura eē putat Badiū cāpanū. T.
Quitio crispio Ro. palā oibus & duobus exerci/
tibus renūciare hospiciū nihil sibi cū eo cōsotia/
tū: nihil fœderatū hospiti cū hoste cuius p̄riam
& pœnates publicos oppugnatū uēisset: si uir eēt
cōgrederet: diu cūctātē crispinū ptulere turma
les ne ipune isultare cāpanū pateret itaq; tm̄ mo
ratus dū ipatores cōsuleret. pmitterēt ne sibi ex/
tra ordinē i ꝓuocātē hostē pugnare: pmissa eoꝝ
arma cœpit equūq; cōscēdit & badiū noie cōpel/
lās ad pugnā euocauit: nulla mora cāpano facta ē: ifestis eqs hastisq; cōcurrūt. Crispius sup scutū sinistꝛ hume
rū badio hasta trāsfixit: supq; delaplū cū uulnere equo desiluit ut pedes iacētē cōficeret: badius priusq̄ oppri
meret pua pma atq; equo relictis ad suos affugit: Crispius equū armaq; capta & cruētē cuspidē ostētās cū ma/
gna laude & gratulatiōe militū ad cōsules ē deductus. laudatusq; ibi magnifice ēt donis dōatus. ⁋ Ira & glo. ira
cōtra hostē a quo ꝓuocaret ad singulare certamē gloria de uicto glorioso hoste. ⁋ Valitudine cor. morbo iplici
tū: nā ualitudo mediū uocabulū est: qđ tā in bona q̄ in mala pte accipit: unde recipit adiectiuū & dicat bōa ua
litudo & mala ualitudo. ⁋ Cura: diligentia: uel cura pro curatiōe posuit quæ propria medicorū est. ⁋ Transuer
sum: A recto officio declinantem. ⁋ Publica impi. quia omnes a societate defecistis.
C Atq; ut ueniā ab uniuersis p̄ribus cōscriptis ad singulos. s. senatores. L. Cornelius cōsul prio bello pūico cū. i. ASCE/
qn̄ cepisset Olbiā. s. oppidū sardiniæ ꝓ quo háno dux Cartha. pugnās fortissime occiderat. i. iterfectus erat extu sius
lit corpus eius. s. Hanōis tabernaculo suo: qa i castris erat funere amplo: sūptuoso nec dubitauit ipē. i. qđ dicūt
i ꝓpria psona celebrare exeqas hostis: credēs eā demū id ē pcile uictoriā hiturā minimū. i. minimā ptē iuidiæ:
& apud deos & apud hoies: q habuisset plurimū hūanitatis. ⁋ Quid loq̄r de Qu. Crispio: cuius hūanitatē ira
atq; gloria potētissimi affectus. i. q ualētissimæ affectiōes i hoie sūt. nō potuerūt q̄tere. i. cōcuter aut loco suo mo
uere. Is sup. & i. simul excepat bēignissime domi suæ hospitio Badiū cāpanū. s. natiōe: & recreauerat attētissima
cura sup. ipm correptū ualitudie aduersa. A quo ꝓuocatus i acie ad pugnā. s. singularē: post illā nephariā defe/
ctionē cāpanorū. s. a Ro. ad Hānib. cū. s. Qu. Crispius eēt supior. s. q̄ Badius aliq̄to & i. simul uiribus corporis:
& uirtutibus ai tm̄ sup. maluit mōere i gratū q̄ uicere. Nā. s. Quitius iq̄t: o demēs sup. Badi qđ agis. i. q̄ rē paras:
aut quo cupiditas. s. gloriæ praua. i. iniq̄ rapit te trāsuersū. i. extra semitā recti & hōesti ex orbitāte. Habes. i. repu
tas parū furere. i. q isanis publica ipietate. i. q̄ oēs cāpani (q ad hostē Ro. ipū defecerūt p sūmā demētiā: qa Ro.
tm̄ petierāt ipū honorē: Hāni. ab eis si uictor euasisset: & rē & libertatē ablatur⁹ erat) nisi ēt lapsus fueris: priua/
ta. i. ibi ꝓpria ipietate: qa cōtra ius hospitalitatis qđ ioui curæ ē. Videlicet exprobatiua uox ē Qu. s. Crispius ho
spes tuus (Loqt aūt de se hōeste ut sæpe admōui in tertia psona) unus. i. solus Romanorū. i. e tot Romāis qui in
exercitu erant: placet tibi in quo (dicere posset in quem) exerceas arma scelesta. i. scelere contaminata.

Salutem tuam:quia te egrotum domi fuscepi. Dii ho.quorum princeps est iuppiter. Virg. Juppiter hospiti-
bus nam te dare iura loquuntur. Sancta:inuiolata Romano sanguini. Vmbonis:clypei.est aũt umbo media
pars clypei. Obtrũcatus est:nã a Crispino:nã aufugit antequã opprimeret̃:ut supradiximus:sed ab aliis.

AGe.M.Marcelli clementia.Marcellus cõsul Romãus cũ diu obsedisset syracusas tandẽ urbẽ illã cœ-
pit:cũ assiduitate laboris:tum etiã proditiõe:cũ igitur menia ĩgressus est superioribus locis urbem
ferme omniũ illa tẽpestate pulcherrimã subiectã oculis uidit illachrymasse dicit̃:partim gaudio tã
tæ ppetratæ rei:partim uetusta gloria
urbis atheniensiũ classes demersæ:& duo ingen-
tes exercitus cũ duobus clarissimis ducibus de-
iecti occurrebant.tot bella carthaginẽsibus tanto
cũ discrimine gesta tot iam opulẽti tyrãni rẽges-
q; pter cæteros hiero cũ recẽtissime memoriæ re
rũ:tum ante oĩa quæ uirtus ei fortũaq; sua dede
rit beneficiis in populũ Ro.insignis ea cũ uniuer
sa occurrerẽt aĩo subiretq; cogitatio iam illa mo-
mẽto horæ arsura oĩa & ad cineres reditura: pri
usq̃ signa archadinẽ admoueret p̃mittit syracusa
nos qui intra Romanũ præsidiũ aufugerãt:ut al-
loquio leni pellicerẽt hostes addendã urbẽ : qd'
obtinere nequiuit. Fletũ eo. Lachrymis tempe
rarẽ. Itaq; syr.ciu. Apostrophat ad urbẽ syracu
sarũ dicẽs illud tibi nõ puæ cõsulatiõis eẽ debu
it ĩ tua clade grauissima q cũ tua fata ferrẽt ut ca
deres sub mãsuetissimo uictore cecideris.

QVintus uero Metellus. Fuit. Qu. Me-
telli humãitas magna:& laude dignis-
sima:qui cũ esset cõsul in ea parte hi-
spaniæ:quæ Celtiberia dicit̃ : in eaq;
Cẽto- bellũ gerens Centobricã urbem obsideret: & pa
brica riter oppugnaret : machinã mœnibus admoue-
urbs ret:iam maxime partẽ:quæ euerti facile poterat
disiecturus:qd' ubi uiderũt oppidani Rhetoge-
nis filios:qui ad Rom.defecerat mœnibus oppo
suerunt:ut ruina murorũ pueri in conspectu pa-
tris ad defectionis ultionẽ obruerent̃:qd ubi sen
sit metellus cõtinuo ab oppugnatiõe discessit:sua
dente & hortãte Rethogene ut per filiorũ mortẽ
urbẽ expugnaret:ĩcœptũq; per ageret: maluit.n.
Metellus hostiũ animos & urbem mãsuetudine
& uirtute superare:qua ulla crudelitate subigere
qd etiã fecit:nã hac hũanitate pellecti populi : &
urbes hispaniæ sponte in deditionẽ uenerunt.
ASCẽ- Cuiꝰ pẽatibus.i.domui aut hospitio:tu debes
sius &.i.simul uicissitudinẽ honoris:q ab eo honori-
fice suscipi & eũ honorifice suscipere dignus iu-
diceris & salutẽ tuã:qa ualitudine cõfectũ curã
dũ duxerat.At fœdus amicitiæ & dii hospitales
quoꝝ prĩceps iuppiter ẽ appositorie pignora san
cta nro.i.Ro.sanguini:& pignora uilia pectoribꝰ
uestris:uetãt me cõgredi tecũ certamine hostili.
Quinetiã.i.ĩsup si ĩ fortuito.i.casuali cõcursu ex-
ercituũ:agnouissem te pstratũ:ĩpulsu umbonis
.i.mediæ & ita extentioris ptis clypei mei ego re
uocassẽ.i.retraxissem mucronẽ applicatũ iã.s.pri
usq̃ te nouissẽ:ceruicibus tuis(sic antiq.Nã hor-
tẽtius primus ceruicẽ singulariter declinauit au
thore Fabio)Ergo uoluisse occidere hospitẽ sit
tuũ crimẽ:tu non eris hospes occisus:meũ.s.cri-
men. pinde.i.& ideo:quære aliã dextrã qua occi
das.i.cadas in mortẽ quoniã mea.s.dextera didicit seruare te propter hospitalitatem uidelicet. Numen cæleste
præcipue iouis dedit utriq.s.hospitum exitum:scilicet certaminis debitum. Siquidem Badius obtruncatus est
in eo prœlio non tamen in eo certamine singulari quia cum probriis & conuiciis uictus Q.uintius in certamen
descendisset & Badium equo excussisset ille fuga tunc quidem salutem inuenit. sed paulo post occisus est:

cuius penatibus: & honoris uicissitudinem: & salu
tem tuam debes. at me fœdus amicitiæ : Diiq; ho-
spitales:sancta nostro sanguini:uestris pectoribus
uilia pignora:hostili certamine congredi tecum ue
tant. quin etiam si in concursu exercituum fortuito
umbõis mei impulsu pstratũ agnouissem : applica
tum iã ceruicibus tuis mucronẽ reuocassem. tuum
ergo crimen sit:hospitẽ occidere uoluisse. meũ nõ
eris hospes occisus. pro ide aliã:qua occidas: dextẽ
ram quære. quoniam mea te seruare didicit. dedit
utriq; cœleste numen debitum exitum. siquidem
in eo prælio Badius obtruncatus est. Quintius insi
gni pugna clarus euasit. De.M.Marcello.

AGe Marci Marcelli clemẽtia: q̃ clarũ : q̃q;
memorabile exemplũ haberi debet : q ca
ptis a se Syracusis ĩ arce eaꝝ cõstitit: ut ur
bis mõ opulẽtissimæ tũc afflicte fortunã ex alto cer
neret. Cæterũ casũ eius lugubrẽ ĩtuẽs: fletũ cohibe
re nõ potuit. quẽ siqs ignarꝰ uir aspexisset: alterius
uictoriã eẽ credidisset. Itaq; Syracusana ciuitas ma
xima clade tua aliquid admixtum gratulationis ha
buisti: quia si tibi incolumi stare fas non erat: leui-
ter sub tam mansueto uictore cecidisti.

De.Q.Metello.

QVintus uero Metellus celtibericũ in Hi-
spania gerẽs bellũ: cũ urbẽ Cẽtobricã ob-
sideret: et iã admota machina partẽ muri:
q̃ sola cõuelli poterat: disiecturus uideret̃ hũanita
tẽ ppinquæ uictoriæ ptulit. Nã cũ Rethogẽis fili-
os: q ad eũ trãsierat: Cẽtobricẽses machĩæ ictibus
obiecissent: ne pueri in cõspectu patris crudelis ge
nere mortis cõsumerent̃: quãq̃ ipse rethogenes ne
gabat eẽ ĩpedimẽto quo minus etiã p exitu sangui
nis sui expugnationẽ pageret: ab obsidiõe discessit.
Quo quidẽ tam clemẽti facto: & si nõ unius ciuita
tis mœnia: oĩum tamen Celtiberarũ urbiũ animos
cepit: effecitq;: ut ad redigẽdas eas in ditionẽ Pop.
Ro. non multis sibi obsidionibus opus esset.

Quintius euasit clarus pugna insigni id est insigniter contra Badiũ obita. Age: adhortãdi uox: cleméntia Marci Marcelli q̃. i. quãtũ clarũ: quãq̧. i. & quãtũ memorabile exemplũ debet haberi. q. d. maxime clarũ & memorabile utpote q syracusis urbe opulẽtissima in sicilia: captis a se cõstitit in arce. i. summa munitiõe & (ut dicũt) fortalitio earũ ut cerneret ex alto fortunã urbis modo. i. paulo ante opulẽtissimæ tũc afflictæ. Cæterũ. i. sed ipse intuens casum eius lugubrẽ: nõ potuit cohibere fletũ: quẽ. s. fletũ: si qs uir ignarus. s. qd sit parcere subiectis: & debellare supbos atq̧ ita strẽnuũ eẽ in rebelles: & clementẽ in se uictos fatẽtes: aspexisset: credidisset uictoriã eẽ alterius. Itaq̧ o ciuitas syracusana. tu habuisti sup. in maxima clade tua aliqd gratulatiõis. i. quo tibi gratulari possis quia si fas nõ erat tibi stãte icolumi: cecidisti leniter. i. tranqlle sub tam mãsueto uictore. Quintus uero Metellus gerẽs in hispania bellũ celtibericũ cũ obsideret urbẽ Cẽtobricã. s. noie: & iam uideret disiecturus machina. s. bellica: admota. i. applicita partẽ muri q̃ pars poterat sola cõuelli. i. machinis solo æquari. ptulit uictoriæ ppinq̧ humãitatẽ. Nã cũ Cẽtobricẽ. s. populi obiecissent ictibus Machinæ filios Rethogẽis seu Rothogẽis utrũq̧ eni legi. i. illius uiri clarissimi in ea ciuitate: q trãsierat ad eũ. s. Metellũ: ne pueri cõsumerent in cõspectu patris genere crudelis mortis. s. a machina illatæ discessit ab obsidiõe q̃q̃ ipse Rethogenes negabat eẽ ipedimẽto quo minus. i. ut nõ perageret expugnationẽ. i. captionẽ urbis: etiã p exitũ. i. exitiũ aut emissionẽ sanguinis sui: hoc ẽ p necẽ liberorũ suorũ. Quo qdẽ facto tã clemẽti Metel. & si nõ cepit moenia unius ciuitatis: tñ cepit. i. ad beniuolẽtiã traxit oium urbiũ p ciuitatũ (nã urbes pprie nõ utunt rõne cũ sint ipsa ædificia) celtiberarũ. i. celtibericarũ: & effecit ut nõ esset sibi opus multis obsidiõibus ad redigẽdas eas. s. urbes celtibericas in ditionem Pop. Ro. ℭ Cẽtobricã. Supra tñ appellãt Cõtrebiã. Sãguinis sui. Nã semẽ huanũ sãguis ẽ purgat⁹: ut Ari. & Vat. sentiũt. THE. OLI.

ℭ De Africano posteriore.

AFricani quoq̧ posterioris hũanitas speciosa: lateq̧: patuit. Expugnata. n. Carthagie circa Siciliæ ciuitates literas misit: ut ornamẽta tẽplorũ suorũ a pœnis rapta: per legatos recuperarẽt. Inq̧ pristinis sedibus reponẽda curarent. Beneficiũ Diis: atq̧ hominibus pariter acceptum.

HVic facto par eiusdem uiri humanitas. a Quæstore suo hastæ subiectos captiuos uẽdẽte: puer eximiæ formæ: & liberalis habitus missus ẽ. de quo cũ explorasset nũidã eẽ: orbum relictum a patre educatũ apud auũculũ Masinissam: eo ignorãte imaturã aduersus Romãos ingressum militiã: & errori illius ueniam dandam: & amicitiæ regis fidissimi. P. R. debitã ueneratiõem tribuẽdam existimauit. Itaq̧ puerum annulo: fibulaq̧ aurea: & tũica laticlauia: hispãoq̧ sagulo: & ornato equo donatũ: datis q eum prosequerenť equitibus: ad Massinissam remisit. eos uictoriæ maximos fructus ratus: diis templorũ ornamẽta romanos. regibus sanguinem suum restituere.

APhricani quoq̧ posterioris. Nõ minus speciosa & ampla fuit aphricani posterioris hũanitas q capta Carthagine p litteras oium siciliæ populorũ legatos acciuit: qui suæ quisq̧ ciuitatis ornamẽta: q illis carthaginẽses iure belli rapuissent reciperẽt: & i sua quisq̧ tẽpla reportarẽt; eadẽ humãitate usus in Masanissæ regis nepotẽ: q rege iscio in punica castra militiãq̧ carthaginẽsiũ pfect⁹ a Ro. capt⁹ cũ cæteris captiuis dũ sub hasta uẽdereť: cognitus a Scipi. multis mũeribus dõatus ad auũculũ cũ dignissimis comitibus remissus est. Rapta: Quæ poeni tribus bellis rapuerant. Beneficiũ. Laudat. hanc humãitatem aphricani Vale.

HVic facto par. Hastæ subiectos: Qui publice uendebanť. Errori illius ueniã: Ignoscẽdũ esse adolescẽtiæ. Anulo: Sic. n. mos erat igenuos pueros anulo ornari. Fibula. Qua ĩ humeris militaris uestis nectebať. Tunica la. i. tũica itexta clauis aureis latioribus. sic. n. Festus Põp. refert. Hispão sagulo. Sagulũ uestis militaris qua utunť hispani uirgata: & uersicolore: & ẽ diminutiuũ a sago. Vir. Virgatis lucent sagis. Diis ornamenta: Vt siculis reddidit. Regibus sanguinem: Vt in hoc exemplo nepotis Masanissæ. Lati clauiũ

ℭ Aphricãi &c. Ordo est. Humãitas quoq̧ aphricani. s. Scipiõis posterioris patuit speciose & late Expugnata. n. carthagine misit litteras circa ciuitates siciliæ: ut recuperarẽt p legatos ornamenta templorũ suorum capta a poenis: & curarent ea reponenda in sedibus pristinis Appositoriæ Beneficium id est qd benefactũ eius sup. fuit acceptũ pariter diis atq̧ hominibus. Huic &c. Humãitas eiusdẽ uiri. s. Scipiõis minoris est par. i. similis & æqualis: huic facto. s. iam dicto. Puer eximiæ formæ & habitus. i. dispositiõis corporalis: liberalis. i. qualis liberalibus ac liberis & igenuis esse solet: missus est sup. ad eũ a quæstore. suo. uendẽte captiuos subiectos hastæ id est sub hasta plus offerẽti. de quo. s. puero: quũ Scipio explorasset. i. explorãdo quis & cuias esset: cognouisset esse Numidam. i. e regno Masinissæ: relictum orbum a patre: & educatũ apud Masinissam auunculum. i. fratrem matris eius: & ingressum militiam immaturã: quia ipse immaturus erat; aduersus Romanos: eo. s. Masinissa ignorante: existimauit. i. censuit: &. i. simul ueniam dandam errori illius. s. pueri qui p ignorantiam peccauerat: & uenerationem debitam tribuendam amicitiæ regis fidissimi populo Romano. Itaq̧ remisit ad Masinissam: puerum donatum. i. dono ornatum annulo. s. aureo: & fibula aurea: & tunica laticlauia: quali patricii Romæ utebantur: & sagulo. i. indumento militari: hispano. i. quo hispani tunc utebantur; & equo ornato. s. phaleris & aliis ornamentis: datis. i. assignatis equitibus qui prosequerentur eum: ratus. i. arbitrãs eos (. s. quos dicet) esse maximos fructus uictoriæ: utpote romanos restituere. i. si romani restituerent diis ornamẽta templorum: ut fecerat in Sicilia: & regibus (ut nunc fecit Masinissæ) suum sanguinem. ASCẽsius

ℭ Meminit huius rei. M. Tullius in Verrem. THE.

OLI. Vcii quoq; Pauli.Nō eſt inqt Lucius paulus i tali uirtutis genere ſua laude defraudādus: q eximiā humāitatē ſuā in pſām macedōiæ regē declarauit:quē cū captiuū ad ſe audiſſet adduci: ei occurrit cū iſignibus iperii tanq̃ honoris gr̄a illi regi nō captiuo ꝓdiret obuiā: uolētēq; ſe ad īperatoris genua ꝓſternere nō ſuſtinuit:& qbus potuit uerbis cōſolatus eſt:& ad ſpē hortatus ſibiq; ſemp i tabernaculo ꝓximū habere uoluit.fuit aūt captus pſes a Cn.octauio:cū duobus filiis: Alexādro & Philippo: dum fugerēt in Samothraciā cū decē milibus talentū:quos ad cōſulē æmiliū paulū deduxit octauius. ℣ Grato ſermone: Alii habēt græco ſermōe & putāt tūc etiā apud Romanus uiguiſſe litteras græcas: & paulū hortarū fuiſſe perſam uerbis binis græcis ut dicere ελπιζε βασιλευσ bene ſpera o rex. ℣ Proponaſ in cō.Ex cōparatiōe oſtēdit. Vtra laudabilior fuerit.P.Aemilii uictoria an eiuſdem humanitas.℣ In cōſpicuo:in aperto:in ꝓpatulo ut uideri poſſit:hinc humanitas inde uictoria.

Perſes Macedonū rex a Paulo captus

Aec.L.Pauli humāitas admonet.Cū Mitridates a Pompeio e prouīcia pulſus ad Tigranem Armeniæ cōfugiſſet eum perſequēs Pompeius celeriter in armeniam contendit:a Tigrane iuniore qui a patre defecerat accerſitus.Tigranes uero ſenior audito Pompei aduentu: cognitaq; eius clæmentia moribuſq; ſuauiſſimis ſpe maxima fretus ad pōpeium ut ſeſe dedat ipſe puenit: pōpeius ubi caſtris iam adeſſe regē audiuit duos lictores obuiam miſit:qui regi nunciarēt ut equo deſcēderet: pedibuſq; Romanum imperatorem adiret ꝙ nemo unquā ad eam diem peregrinus equo iſidēs Romana caſtra introiſſet:qbus non ſolum facile paruit:enſem quoq; nudatū illis tradidit: & pōpeium inermis adiuit cuius cum ante ora ſteiliſſet coronam e capite demptam ante illius pedes proiecit:deinde quod turpiſſimum fuit ſe ad pōpeii genua ꝓſternere uoluit:ut ab eo ſupplex erroris ueniā peteret:ni præueniſſet pompeius qui eū dextra porrecta erexit iuſſitq; apd ſeſe æquatum ſella iſidere:& ut ſingulari humanitate præditus erat nō illū ſibi ſupplice eē ſuſtinuit:ſed ſuis ornatū iſignibus in regnū de quo eiectus fuerat reſtituit huius aūt belli cā teſte Cicerone pōpeiana fuit ꝙ Mithridatē regē ponti a.L. Lucullo regno pulſum nō ſolū ad ſe fugientē benigne ſuſcepit:ſed ſuis etiā opibus in regnū reſtituere uoluit:nā ingenti exercitu cōparato:poſt aliquot clades acceptas tandē copias Romanas uictrices trucidauit: & grauiſſimā Romanis cladem intulit.℣ Ponto i.inſula quā tenebat Mithridates.℣ Benignis:quia bono illū animo eſſe iuſſit.

ℭ De.L.Paulo.

Vcii ēt Pauli ī tali gn̄e laudis mēoria app̄hēdēda ē.q cū Perſen parui tp̄is momento captiuū ex rege ad ſe adduci audiſſet: occurrit ei Romāi īpii decoratus ornamētis: conatūq; ad genua ꝓcūbere: dextra manu alleuauit. ſermōeq; grato ad ſpē exortatus eſt. ītroductū etiā in tabernaculū: lateri ſuo proximum in conſilio ſedere fecit. nec honore menſæ īdignum iudicauit. proponatur in cōſpicuo acies qua proſtratus ē Perſes: & harum rerum: quas retuli cōtextus: utro magis ſpectaculo delectētur homines dubitabūt: nam ſi egregium eſt hoſtem abiicere: nō minus tamē laudabile infelicis ſcire miſereri.

ℭ De.Cn.Pompeio.

Aec.L.Pauli hūanitas admōet me: ne de.C. Pōpeii clemētia taceā. Regē Armēiæ Tigranē: q & p ſe magna cū.P.R. bella geſſerat & īfeſtiſſimū urbi nr̄æ Mithridatē pōto pulſum: uirib⁹ ſuis ꝓtexerat: ī cōſpectu ſuo diuti⁹ iacere ſupplicē paſſus nō ē: ſed benignis uerbis recreatū: diadema: qd abiecerat: capiti repōere iuſſit. certiſq; reb⁹ īpatis: in priſtinū fortunæ hitū reſtituit. æque pulchrū eē iudicās & uicere reges: & facere.

ASCēſius ℭ Lucii &c. Memoria quoq; Lucii pauli.ſ. Aemylii eſt appræhendenda in tali genere laudis: qui quū audiuiſſet perſen adduci ad ſe captiuū ex rege.i.qui iam fuerat rex Macedoniæ: momēto parui tēporis: qa inter regem & captiuū ſola interfuit manus iniectio: occurrit.i.celeriter obuiā ꝓceſſit ei: decoratus ornamētis Romani imperii: & alleuauit dextra manu conatū procūbere.i.ſe demittere ad genua.ſ.Lucii: & exhortatus eſt ad ſpem.ſ. recuperādi regni: aut ſalutis cōſeruādæ: ſermone grato.i.ad hoc idoneo aut graio.i.græco: & feci: etiā eū introductum in tabernaculū.i.tentoriū impatoriū ſedere in cōſilio.i.dum cōſiliū haberet: ꝓximū ſuo lateri: nec iudicauit indignum honore menſæ quia etiā ad mēſam ſuā eū aſſidere fecit. De cuius facti cōmendatione dicit ſic author. Proponaſ in cōſpicuo.i.loco ad uidendum apto: acies qua perſes proſtratus eſt: ut contextus harum rerū quas retuli.i.facta clæmentiæ aut humanitatis pauli in eum: homines.ſ.qui utrunq; uidebunt: dubitabunt utro ſpectaculo delectentur magis: an.ſ.quo perſes uictus eſt: an quo ſic tractatus poſtquā uictus. Nam ſi egregium eſt abiicere.i.ſubiugare hoſtem: non tamen eſt minus laudabile ſcire miſereri infelicis.℣ Hæc humanitas Lucii pauli admonet me ne taceam de clæmentia Cnei pompeii. Is ſup. paſſus non eſt Tigranem regem Armēiæ: qui geſſerat: & ideſt ſimul per ſe: ideſt per proprias uires: & propria auſpicia magna bella cum populo Romano & protexerat uiribus ſuis Mithridatem infeſtiſſimum.i.maximam uim inferentem urbi noſtræ: pulſum.i.eiectū ponto cuius rex fuerat: non eſt dico paſſus eum iacere diutius ſupplicem in conſpectu ſuo: ſed iuſſit recreatum .i.refocillatum benignis uerbis: reponere capiti.i.in caput ſuum: diadema.i.in ſigne regis apud armenios: quod faſciam cui corona imponebatur quidam eſſe uolunt: quod: ſcilicet diadema abiecerat: & reſtituit eum in priſtinum.i.priorem habitum fortunæ.i.conditionis: certis.i.quibuſdam rebus imperatis: ideſt ex iperio illi iniūctis: iudicās eſſe æque pulchrum: & uincere reges: & facere: ſcilicet reges: quæ duo in uno fecit.

THE. ℭ Tigranem. Hæc eadem Plutarc. & Dionyſi. in uita pompeii.



Vam præclarum.Pompeius quidem hoc humanitatis specimen dedit:sed ipse postea fuit desideratæ humāitatis exēplum:cū a.L.Septimio & Achilla Ptolomæi satellitibus occisus est iubēte rege:historia nota est in supioribus:sed q̄obrē inducat exēplū Pōpeii hæc est ratio:qa subsequit̃ humāitas Iulii Cæsaris:q cū Alexādriā uēisset:& ei Theodorus Ptolomæi p̄ceptor Pōpeii caput regis noīe obtulisset lachrymas cōtinere nō potuit uiso generis sui capite.¶ Insigni re.Diademate.¶ Tribus co.qa totiēs triūphauit:primo q̄dē de aphrica q̄ auspiciis.L.Scillæ subegit:cū eēt annorū.xxiiii.ut q̄dā tradūt:missus cōtra domiciū:deinde triūphauit de Storio uel de piratis q mare totū ĩfestabāt q̄d̃ bellū.xlviii. diebus cōfecit postremo de mithridate.¶ Victori miserabilem:Quod uictorē ad miserationē mouere posset.¶ Soceri uultū:Eo uultu quo ante cū esset socer aspicere solebat.¶ Columen:Sustentaculū:nec inuenitur nisi in nominatiuo & accusatiuo.

OLI. Pōpeius ab achilla Septimioq; truncatus

Pōpei triumphi

Columen



Vā p̄clarū tributæ humāitatis specimen Cn.Pōpei⁹? q̄ miserabile desyderatæ idē euasit exēplū? nāq Tigrāis tēpora ĩsigni regio texerat: eius caput trib⁹ corōis triūphalibus spoliatū:in summo terrarum orbe:nusq̄ sepulturæ locū habuit.sed abscissum a corpore: ĩops rogi: nefariū ægyptiæ p̄fidiæ portatum munus est:etiam ipsi uictori miserabile.ut.n.id Cæsar aspexit: oblitus hostis:soceri uultū induit:ac Pōpeio tū proprias: tum etiam filiæ suæ lachrymas reddidit.Caput etiā plurimis: & preciosissimis odoribus cremādū curauit. q̄d si nō tā mansuetus animus diuini principis extitisset:pauloante Romāi iperii columē habitū (sic mortaliū negotia fortūa uersat) ihumatū iacuisset.

¶ De Cæsare.



Atōis quoq; morte Cæsar audita: & se inuidere illius gloriæ: & illū suæ ĩuidisse dixit. patrimōiūq; eius liberis ipsius incolume serua uit.& Hercule diuinorū Cæsaris operum non parua pars Catonis salus fuisset.

Atonis quoq; morte. Hic fuit cato uticensis q se uticæ interfecit ubi de rep. desperatū eē cognouit.maluit.n.in libertate mori: q̄ in Cæsaris uenire potestatē Cæsar igit̃ audita Catonis morte dixisse fertur:& se Catonis gloriæ inuidere: & catonem suæ pariter inuidisse:uerum hac usus est humanitate ut Catonis bona liberis eius intacta reddiderit.Fuit autē Cæsar præcipuum Romanæ clementiæ & humanitatis exemplū: adeo ut ĩter reliquas eius uirtutes hæc ueluti princeps potissimum celebretur:ad penitentiā usq; clementē fuisse dicit Plini.Cicer.quoq; oratione pro Marco Marcello miris laudibus eius humanitatem extollit.Solinus in capitu. de homine dicit. Cæsar inquit benignitate adeo præditus ut quos armis subegerat clemētia magis uinceret.¶ Et hercule diuinorum Cæsaris operum non parua pars Catonis salus fuisset. Ratio cur Cæsar inuiderit Catonis gloriæ quia non mediocrem gloriam consecutus esset; si Catonē seruasset incolumen q̄d̃ profecto magnopere concupiuit:nam hunc & Ciceronem duo clarissima Romanæ urbis lumina semper saluos & incolumes desiderauit.

Catōis uticensis mors

¶ Quam præclarum &c.Facta comparatione de felicitate & infelicitate Pompeii:subinfert humāitatem Caii Cæsaris in eum:qui uiso eius capite lachrymis non abstinuit:quas tamen aut gaudii:aut simulati amoris Lucanus interpretatur.Ordo est.quam:idest quantum:præclarum specimen: idest exemplum humanitatis tributæ:scilicet Tigrani:sup.fuit Cneus Pompeius:tam:idest tantum miserabile:euasit idem exemplum humanitatis desyderatæ; scilicet erga eū:idest quia caruit(nam desyderatur quod abest:unde desyderatos in bello dicimus interfectos: eo q̄ cum non compareant dum exercitus post prælium recensetur desyderantur) Nam caput eius qui texerat:idest redimiuerat:scilicet tempora capitis:Tigranis: scilicet regis armeniæ insigni regio.i.diademate:spoliatum:idest postquam per mortem erat spoliatum tribus coronis triumphalibus:quia ter triumphauerat:nusquam habuit locum sepulturæ:in summo orbe terrarum:uidelicet in ægypto:sed abscisum a corpore a Septimio & Achilla:inops:idest expers regi quo cremaretur:portatum est:scilicet ad Cæsarem munus nepharium perfidiæ ægyptiæ(quia eius opera restitutus fuerat Ptolemæus unde hic genitus erat in regnū ægypti)miserabile etiam ipsi uictori uidelicet Cæsari.Enim pro quia ut:idest postquam Cæsar aspexit id: oblitus hostis:idest q̄ eius hostis fuerat:induit uultum soceri:qui aliquando fuerat:scilicet dum Iulia uiuebat: ac reddidit lachrymas proprias:idest debitas pompeio tam inclyto imperatori:tum filiæ:scilicet Iuliæ quæ illi nupserat:& illum tantum dilexerat:ut uisa eius tunica sanguinolenta:interfectum uerita obortum fecerit:sibiq; mortis causa fuerit.Curauit etiam caput Pompeii cremandum sup.cum plurimis & speciosissimis odoribus:idest aromatum speciebus & unguētis.Quā si animus diui principis uidelicet Iulii in deos paulo post(ut adulatio fallax mentita est)transferendi non extitisset tam mansuetus:caput habitum paulo ante columē:idest summum decus Romani imperii:iacuisset inhumatum.Sic:idest usq; adeo aut eum in modum: fortuna uersat negocia mortalium.¶ Catonis &c.Affert consimile eiusdem exemplum dicens.Cæsar sup.dixit.quoq;:idest etiam:audita morte Catonis:scilicet Vticensis qui se uiriliter interemerat:quod gloriosum illi putabant sed diuus Augustinus longe uerius & sanctius æstimat:uitioq; non paruo illi dat:&:idest simul se inuidere gloriæ illius:scilicet Catonis:q̄ animum illius uincere non potuit:& illum:scilicet Catonem inuidisse gloriæ suæ: scilicet Cæsaris hoc dicentis:quia multum gloriæ accessit Cæsari si de illo triumphasset aut illum conseruasset: & seruauit patrimonium eius:scilicet Catonis incolume:idest inuiolatum:liberis ipsius. Et Hercule salus Catonis:idest si Catonem conseruare potuisset:fuisset non parua:immo ingens pars diuinorum operum Cæsaris.

ASCēsius

¶ In summo terrarum orbe.Vetusta aliquot exemplaria legūt:in suo modo terrarū orbe:qui sensus aptior est. THE.

OLI. 
Arci etiá Antonii aius:Hoc fuit bello ciuili qđ gessit Anto.cõtra Brutũ & Cassiũ cæsaris iterfectores ubi ꝓfligatis reip.ptibus brutus ne ueniret in ptãtẽ Anto.sibiipsi mortẽ cõsciuit.Anto.igiť ubi cognouit Brutũ sibi mortẽ itulisse:paludamẽtũ suũ exuit & liberto dedit:q sup defuncti corpus iponeret ut honoratius cremareť:qđ ille cũ itercepisset graui supplicio affectus est ab Antonio. ⁋ Intellectu. qa itellexit cuiusmodi eẽt humáitas in hoste seruáda.⁋ Philippicá:qua in cápis Philippicis Brutũ uicit Anto.


Ommemoratiõe Romái exẽ. Tráſit ad externa:& pṛio de Alexádri hũanitate dicit : q fusũ fugatũq; Dariũ cũ p uastas solitudies ꝑsequereť i septẽtrionẽ usq; puenit nimio frigore torpẽtẽ:& regionẽ ꝗ Gazaba dř aditurus ꝓcellá passus est:maiorẽ et q̃ credi possit ubi torpentibus gelu militibus silua occurrit: hinc cæsas arbores accẽderát.forte Gregari9 miles macedo iá ueteranus se uix & arma sustentás obstupefactis gelu & rigore mẽbris : in castra tñ puenit:quo uiso Alexá.q̃q̃ & ipse cũ maxime admoto igne fouebat artus ex sella sua exiluit: torpẽtẽq; militẽ & uix cõpotẽ mẽtis dẽptis armis in sua sede cõsedere iussit:ille diu nec ubi requiesceret:nec a quo eẽt exceptus cognouit:tãdẽ recepto calore uitali ut regiá sedẽ regẽq; uidit territus assurgit:quẽ ituens Alex.ecquid itelligis miles inqt q̃to meliore sorte q̃ ꝑsæ sub rege uiuatis. Illis .n.in sede regia cõsedisse capitale foret tibi saluti fuit.⁋ Macedõia:Ná res gesta est in cápis philippicis:q sũt i macedõia.⁋ Lustrat:Circuit ut fugientẽ Dariũ dephẽderet.⁋ Manibus:ac si diceret: uictricibus.⁋ Frigore.duplicatũ.⁋ Exp̃ssit frigescentis senis gestũ:est aũt sumptũ de Hesiodo.q dicit ꝙ frigus senẽ incuruũ facit:& ideo dicit duplicatũ.⁋ Capitale exti.so.Apud persas lex est. Si quis in solio regio cõsederit capitale est.Frõtinus lib iiii.cap.de effectu & moderatiõe Alex. inquit illi seni si in ꝑsis natus esses i regia sella sedisse tibi capitale foret in macedonia nato conceditur.

Alexá. mace. hũani tas erga ueteranũ militẽ

ASCẽsius

ASCENſius ¶Vt ferrent præsidium. i. auxiliũ: Tusculanis. s. populis uicinis romæ: quorũ fines. i. limites ditionis: Equicoli .i. populi illi uicinĩ illis occupauerant: ideo autẽ obtulit noia sua: quia Tusculani defenderãt paucis mẽsibus ante: cõstantissime & fortissime imperium populi romani. s. contra seruos & Herdonium Capitolium occupãtes. Ergo quod nouum est auditu. i. dum auditur: ne grata uoluntas patriæ uideretur cessasse: exercitus ipse conscripsit se. ¶Magnũ specimẽ. i. approbamẽtũ euidens Po. Ro. grati. i. de gratitudine populi Ro. enituit in Q. uinto Fabio maximo: nõ q̃ Quintus ille fuerit gratus: sed populus Ro. in eũ. Nã cũ. s. Fabi. Maximus decessisset. i. mortuus esset: quinq; cõsulatibus administratis salubriter reipu. i. cũ salute reip. populus sup. Romãus: cõtulit æs. s. signatũ: certatim. i. cũ certamine: qs plus cõferret: quo. i. ideo ut: aut quo ære: põpa funeris eius duceret maior ac speciosior. Eleuet aliquis (figurata iussio q̃ prohibẽdi uim habet) .i. ueniat aliquis qui imminuat. i. uilipẽdat præmia uirtutis. q. d. stulte acturum: quum animaduertat. i. cõsideret uiros fortes qualis erat Fabius maximus sepeliri felicius q̃ ignauos uiuere. ¶Fabio autem. Affert etiam exemplum gratitudinis magistri equitum & legionum in eundem Fabium dicens. Autem pro sed: grata relatia est cum summa gloria Fabio. s. Maximo: etiam incolumi. i. adhuc uiuenti. Enim pro quia Minutius magister equitum æquatus dictatori. s. Fabio.

OLI.

¶ Scito plæbis: decreto plæbis q̄ facile in cõtraria iclinat. ¶ Pestiferũ: calamitosum exitiũ. ¶ Deposito iugo: Deposita ptãte: nã ita uterq; exercitũ ducebat sicuti duo boues iugũ unũ trahũt. ¶ Vulgi. Gratitudie.n.sua refellit id ꝙ plæbs temeritate fecerat: ut dictatori magr̃ eqtũ æq̃ret. ¶ Significatiõe gr.m.i.iditio gratitudis. Tam hercle ꝓbabiliter: Sicut Minutius Fabiũ: sic. Q. Terẽtius culeo Scipionẽ aphric. supiorẽ patronũ appellauit: eũq; triũphãtẽ secutus est Pileo capite iposito: oiq; deide uita: ut dignũ erat libertatis auctorẽ coluit: ꝙ deuicta carthagie illũ captiuũ redemerit: in triũphũ duxerit & libertate donauerit.

equitum Minutius scito plebis: quod nunquam antea factum fuerat: æquatus: partito exercitu separatim in samnio cum Annibale conflixerat: ubi temere inito certamine pestiferũ habiturus exitũ subsidio Fabii cõseruatus: & ipse eũ patrẽ appellauit: & a legionibus suis patronũ salutari uoluit. ac deposito æqualis imperii iugo magisteriũ equitũ sicut par erat: dictaturæ subiecit. Imprudentisque uulgi errorẽ gratæ mentis significatione correxit.

¶ De Terentio Culeo.

Tam hercle ꝓbabiliter: q̄ Quītus Terẽtius culeo ꝑtoria familia nat⁹: & īter paucos sẽatorii splẽdidus ordinis optīo exemplo Africani supioris currũ triũphãtis: q̄a captus a carthaginiẽsib⁹ ab eo fuerat recupat⁹: pileũ capite gerẽs: secut⁹ ẽ. autori.n. libertatis suæ tãq̄ patrono accepti bñficii cõfessionẽ. Spectãte pplo Ro. merito reddidit.

¶ De Philippo Rege: & De Flãinio.

AT Flaminii de Philippo rege triumphãtis currum non unus: sed duo Millia ciuium Romãorũ pileata comitata sunt: quæ his punicis bellis intercepta: & in Græcia seruiencia cura sua collecta in pristinum gradum restituerat:

Liuius in fine secũdi punici belli. Carthaginẽses inqt naues lõgas elephãtos ꝑfugas fugitiuos captiuos captiuorũ quattuor milia tradiderũt: inter quos. Q. Terẽt. culeo senator fuit. Itẽ paulo infra secutus Scipionẽ triũphãtẽ fuit pileo capiti iposito. Q. Terẽt. culeo omniq; deinde uita: ut dignũ erat libertatis auctorẽ coluit aphricanum. ¶ Inter quos: q̄a pauci erãt q̄ ipsum dignitate adæquarẽt. ¶ Pileũ capite gerẽs. Pileũ gerere signũ erat fuisse libertate donatũ: significabat.n. seruitute Scipiõis tempestatẽ seruitutis euasisse.

AT Flaminii de Philippo: Philippus rex macedõiæ secũdo pũico bello cũ Carthaginẽsibus cõsensit: & bellũ Romanis itulit: ubi ꝑ uarios casus multa Romanorũ ciuiũ capita cepit: qua deide. Q. Flaminii uirtute & fœlicitate recuperata eius triũphantis currũ pileata sequi uoluerũt: qui q̄dem triumphus nõ minus gloriosus ob superatos hostes q̄ liberatos ciues Flaminio fuisse uidetur. — Flaminii triumphus

¶ Scito plæbis.i. plæbiscito sup hoc facto: q̄d nũq̄ factũ fuerat antea. s. ut magister eqtũ æquaret̃ i ptãte dictatori: cõflixerat. s. Minuti⁹ cũ Hãnib. in Sãnio.i. Sãnitũ territorio: sepatim. s. a dictatore .i. sine eo: & eius copiis: & hoc exercitu ptito.i. in duas ptes diuiso: ubi.i. in quo cõflictu aut loco: certamie inito temere.i. icõsulte: hiturus.i. q̄ habiturus fuisset exitũ pestiferũ.i. pniciosũ: multis cõseruatus subsidio.i. auxilio accessorio Fabii. s. dictatoris: &.i. simul: ipe minutius: appellauit eũ .i. Fabiũ dictatorẽ: patrẽ. s. suũ: & uoluit eũ salutari a legiõibus suis: patronũ.i. donatorẽ libertatis: quũ i seruitutẽ fuissent redigẽdæ. Pulchre ãt distinguit ut pater sit magistro eqtũ: q̄ illi uitã debebat: nã uero simile ẽ eũ occũbere maluisse q̄ capi: militibus ãt patrõus: q̄ illi libertatẽ suã debebãt: ac iugo.i. onere graui ipio. s. æq̃li: disposito (Quã rẽ argute declarat Oliuerius: docẽs ideo iugũ ab authore uocatũ: ꝙ quũ æqtũ eẽt illis iperiũ: æqtũ ẽt erat onus dirigẽdi & seruandi exercitus: sicut Bobus ad unũ iugũ alligatis: æq̃le icũbit onus aut ꝓpellẽdi aut trahẽdi carpẽti: seu aratri) subiecit sicut par.i. æquũ erat: dictaturæ magisteriũ eqtũ: & correxit significatiõe mẽtis gratæ.i. ai grati: errorẽ uulgi iprudẽtis uel q̄ iusserat. s. ꝑ iprudẽtiã iperiũ illi æq̃ri. ¶ Tam hercule. Affert gratitudinẽ Terẽtii Culeõis hois senatorii ordinis in aphricanũ maiorẽ liberatorẽ suũ aut sui. Cuius (ut nũc multi opinant̃) nois similitudie decepti sũt q̄ Terẽt. comicũ iducũt de se dicẽtẽ Ro. ducibus bellica p̄da fui: cũ tñ illũ aphrũ p̄dicẽt: cũ hic sit Ro. & q̄d ad errorẽ facit: cũ ẽt comicus ille Ro. cõuincat̃ Cice. testimõio. Sed de hoc alibi. Ordo hic est. Hercule.i. ꝑ Herculẽ aut hercule me ita iudicãte ut uerũ dico. Miutius sup. egit tã ꝓbabiliter & Q. Terẽtius culeo: natus familia ꝑtoria.i. ꝑturis fũcta: & splẽdidus īter paucos. q.d. īter prios ordinis senatorii: secutus ẽ optio exẽplo. s. gratitudinis: currũ Aphricãi. s. Scip. supioris.i. maioris: triũphãtis. s. de Cartha. gerẽs pileũ capite tanq̄ libertate donatus: q̄a captus a Carth. & ita eorũ seruus factus fuerat recupatus.i. receptus ab eo. s. Scip. capta & tributaria iã facta Cartha. unde q̄si postliminio i patriã libertatẽq; redibat: sed q̄a eã Scip. acceptã tulit: tãq̄ libert⁹ eius pileũ accepit (de quo more & eius rõne hoc habeto. Bello captus iure belli capiẽtis seruus erat sic dictus: ꝙ cũ occidi posset seruatus ẽ: deīceps ãt dño seruiebat: nil p̄ter uictũ tenuẽ & amictũ exiguũ ab eo expectaturus: nec alio fere toopimẽto capitis q̄ capillis utẽs: a quo cũ libertate dõaret̃ raso capite (q̄d Plautinus inuit seruus) ut ab igenuis differret pileũ accipiebat: mediã u; iniẽs cõditionẽ īter seruilẽ & igẽuã: nã libertius factus poterat ob īgratitudinẽ i seruitutẽ reuocari: q̄ reuocationẽ nõ iniq̄ eẽ ur̃ docere pabola dñica de seruo neq̄ cui oẽ debitũ dimissum erat. Sed ad ordinẽ reuertor) Reddidit.n. authori libertatis suæ uidelicet Scipiõi cõfessionẽ beneficii accepti tanq̄ patrono: & id Pop. Ro. spectante. ¶ At.i. sed: nõ unus. s. dumtaxat: sed duo millia ciuiũ Roma. comitata sunt pileata currũ Flaminii triumphantis de Philippo rege. s. macedoniæ: quæ. s. duo millia ciuium: intercepta .i. est per insidias aut dolo capta bellis punicis: idest Carthaginensibus: & seruientia in græcia: is. s. Flami. restituerat in pristinum gradum.i. libertatem priorem: collecta cura sua. s. Flaminii.

ASCẽsius

OLI. ℭ Geminum ex ea re decus: duplicem laudem & gloriam flaminius ex hac uictoria consecutus est: alteram q̄ hostes superauit: alteram quod ciues seruauit.

Metelli gratitudo in callidium

METellus uero pius: hic eius Metelli filius fuit q iugurtā primus dare terga coegit ut diximus in cap. de discipli. militari. Numidicus dictus est: quiq; ut in cap. de cōstantia diximus maluit in exiliū ꝓfi cisci q̄ in saturnini leges iurare: filius ergo pius ideo cognominatus: ꝙ exiliū patris lachrymis prosecutus nō prius destitit apud populū & tribunos suppliciter agere: ut pater reuocaret in patriā: q̄ a Q. u. Callidio tribuno plæ. obtinuit: ut lata lege restitueret: quo beneficio ꝓuocatus ea gratitudine usus est ut illū tanq̄ domus & familiæ suæ patronū multis bonis locupletauerit: & in petitiōe præturæ cū cōsul esset pro illo supplicare populo nō erubuit. Solinus in cap. de hoie pietatis inqt documētū nobilius qdē in metellorū domo effulsit: fuerūt aūt Metelli uiri clarissimi quatuor Macedōicus: Numidicus: Cræticus & hic prius: q aduersus Aristōicū missus illū bello supauit.

NAm. C. qdē Marii. De bello cimbrorū in cap. de istitutis nō nihil tetigimus: & in ca. de pudicitia latius dicturi sumus in eo igit bello Marius camertinorū strēnua opa usus ita: ut duarū cohortū uirtute uim hostiū nō solū sustinuerit uerū etiā ꝓstrauerit: & ingentē uictoriā comparauerit: illos post uictoriā in tantæ uirtutis p̄miū ciuitate donauit: cōtra fœderis cōditiōes qd cū deinde obiiceretur Mario: sic defendere: & expurgare solebat ut diceret inter armorū strepitus leges & iura nō exaudiri. ℣ Vim cimbrorū. Cimbri ut dixi

Cimbri q populi sunt germāiæ quos hodie flamingos dicimus. ℣ Aduersus cōditiōes. Quia fœdus erat ne camertini possent romana ciuitate dōari. ℣ Et sane ad id tēpus. Significat maiorē fuisse belli terrorem quam legum obseruationem.

ASCēsius ℭ Geminū decus sup. fuit iperatori ex ea re (sic Oliuerius legit & nō pauci alii: inuenit tamen sic scriptū Geminarūt ea iperatori decus: ut sit ea. s. milia ciuiū geminarūt. i. duplicauerūt impatori decus) a quo. s. impatore & . i. simul hostes deuicti: & ciues cōseruati: p̄buerūt patriæ. i. popu. Ro. spectaculū. i. rem aspectu lætā. Et salus illorū. s. ciuiū liberatorū fuit quoq; accepta oibus dupliciter. i. duabus de causis: & quia tam multi sup. erant: & qa tam grati (ut se tanquā libertos gererent liberatoris) recuperauerant exoptatū statum libertatis: qua mortalibus nihil dulcius. ℣ Metellus uero pius pertinaci. i. perseueranti & infrangibili amore erga patrem. i. Metellum Numidicum exulem: assecutus est tam clarum cognomen (dicerem agnomen) lachrymis. s. pro patris reditu effusis: quā. i. quantum clarum nomen alii sup. assecuti sunt uictoris: non dubitauit consul. i. cum esset consul supplicare populo pro Q. uinto calidio pretore cādidato. i. petēte in cādido habitu p̄turā: ideo aut pro eo supplicauit: ꝙ ipse tribunus plæbis. i. cū esset tribunus plæbis tulerat legē qua pater. s. Metelli pii: utpote Metellus numidicus restitueret in ciuitatē. Q. uinetiā. i. insuper dictitauit. i. dixit semper eū. s. hominē plæbeiū Calidiū: patronū domus & familiæ suæ. s. metelli. Nec decerpsit. i. detraxit aut diminuit: hac de re. i. propter hanc causam ꝙ hominē plæbeiū sibi patronū dictitauit: quicq̄ de principatu. s. senatorio: quem obtinebat procul dubio: quia submittebat eximiā dignitatē. s. domus suæ maximo merito hominis inferioris longe: & id animo non humili. i. abiecto (unde animaduertat rudior lector humilitatē abiectionem cum ab humo deriuetur sonare: neq; honori dari sed uitio: nisi abusiue pro modestia accipiatur. Qui abusus uocabuli tunc minor aut nullus est cum ad deum refertur: cui se humillimum gerere modestiæ est) sed animo grato: qui laudandus est erga quemcunq; benemeritum. ℣ Nam quidē impetus mētis grate Caii Marii non solum fuit præcipuus sed etiam præpotens. Enim pro quia ipse dōauit ciuitate. s. Romana aduersus . i. cōtra cōditiones fœderis. s. cum camertibus sic icti ut ciuitatem non peterent duas cohortes camertium sustinentes. i. qui sustinuerant mira uirtute uim. i. uiolentiam aut uirtutem cimbrorum in ipsa acie: Quod quidem factum Marius excusauit & . i. simul uere & egregie: dicēdo se non potuisse exaudire uerba iuris ciuilis iter strepitum armorum quasi dicat tunc potius promittendum & seruandum fuisse quod utilitas exposceret quam quod lex caueret. Et sane id: idest tale tempus tunc erat: quo oportebat magis defendere leges; scilicet cum urbe a cimbris: quam audire leges: idest quid uerba legis cauerent.

THE. ℭ Decerpsit: emenda decessit.

geminū ea re decus īpatoris; a quo simul & deuicti hostes: & cōseruati ciues spectaculū p̄riæ p̄buerūt. Illorū quoq; salus dupliciter oibus accepta fuit & qa tā multi: & qa tā grati exoptatū libertatis statū recuperauerunt.

ℭ De Metello.

METellus uero pius ptinaci erga patrē exulē amore: tā clarū lachrymis: q̄ alii uictoriis cognomē assecutus: nō dubitauit cōsul ꝓ Quito Calidio p̄tore cādidato supplicare pplo: qd tribunus plebis legē: q̄ pater i ciuitatē restitueret: tulerat. qn ēt patronū eum domus: & familiæ suæ semp dictitauit. Nec hac re de pricipatu: quē ꝓcul dubio obtinebat: quicq̄ decerpsit: qa non humili: sed grato aio longe īferioris hominis maximo merito eximiam submittebat dignitatē.

ℭ De Mario.

NAm. C. qdē Marii nō solū p̄cipuus: sed ēt p̄potēs gratæ mētis fuit īpet⁹. duas ēt Camertiū cohortes mira uirtute ui cibrorū sustinētes i ipsa acie aduersus cōditionē fœderis ciuitate donauit. qd qdē factū & uere: & egregie excusauit: dicēdo inter armorū strepitum uerba se iuris ciuilis exaudire nō potuisse. Et sane id tps tūc erat: quo magis defendere: quā audire leges oportebat.

ℭ De Lucio Sylla.

C.Marii uestigia ubiq;.L.Sylla Pōpe.Str.magni Pōp.pr̄ bello ciuili qđ gestū ē iter Mariū & Syllā ptes OLI.
syllanas secutus ē:a quo deide pōpe.uix.xviii.nactus annū tribus legiōibus acceptis:tm̄ ad uictoriā
momēti Syllæ fuisse dr̄:ut post id tps semp illū Sylla fuerit ueneratus.☞.C.Marii ue.Q uēadmodū
sylla cū Mario de īpio certauit:sic & de gratitudinis laude cōtēdisse uī & illū piter adæq̄sse: nā cū
occurrisset Pōp.q tres duces aduersæ ptis subegerat ab ipso & eius exercitū ipator salutatus est. cū nōdū annū
secundū &.xx.natus esset:nec dum in senatū admissus.☞Syllam.Q uasi seuum & arrogantē:emphasis est.

C.Marii uestigia ubiq;.L. Sylla certamine laudis subseqt̄.dictator.n. priuato Pōpeio & caput adopuit: & sella assurexit: Et equo dscēdit: eaq; se libēter facer̄ i cōtiōe p̄dicauit: mēor ab eo duo de uigiti ānis nato:ptes suas exercitu paterno adiutas.mlta isignia Pōpeio:sed nescio an hoc quicq̄ admirabilius contigerit:qđ magnitudine beneficii sui Syllam obliuisci coegit.

Sit aliqs i sūmo splēdore ēt sordib⁹ gratis locus.M.Cornuto p̄tore funus Hirtii:& pāsæ iussu Sēatus locāte:q tūc Libitinā exercebāt:tū re℞ sua℞ usū:tū ministeriū suū gratuitū polliciti sūt.qa ii ꝓ rep.dimicātes occiderāt: pseuerātiq; postulatiōe excuderūt:ut exeqarū apparatus sextertio nūo ipsis p̄bētibus adiceret̄: quo℞ laudē adiecta lege cōditio auget magis q̄ extēuat.qm̄ quidē q̄stū cōtēpserunt nulli alii rei. q̄ q̄stui uiuētes.

Pace cinerū suo℞ reges gētiū extera℞ secūdū hūc tā cōtēptū gregē referri se patiēt̄: q aut nō attigēdus: aut nō nisi i ultia pte domesticoꝝ exēploꝝ collocād⁹ fuit. Sed dū hōesti act⁹ ēt ab īfimis editi:mēoria ñ itercidāt.l;sepatū locū obtieāt: ut nec his adiecti:nec illis p̄lati uideāt̄.

Sit ali. Loqt̄ de gratitudine eorū q nō adeo nobiles fuere:sed hūili loco nati & prio de polinctorū gratitudie q̄ usi sūt i hirciū & pāsā Ro.cōsules q bello ciuili qđ aduersus.M.Antōiū gerebat̄:q C.æ.iterfectores Brutū & Cassiū pseq̄bat̄:dū forte mutinæ obsideret̄:fortiter dimicātes ceciderāt.quo℞ funera nō solū gratuito sepulturæ mādarūt:ue℞ ēt adiecto sextertio illorū exeqas honorificētiores ꝓcurarūt.☞Sordibus.s.hoib⁹: sordidū ministeriū exercētibus.☞Libitinā ex.Libitia mors dr̄ Libitinā ex/
qui libitinā exercent: idest funeris officium po/ ercere
linctores & uispilones appellant̄.☞Excuderunt: quasi per uim elicuerunt & extorserunt.

Pace cierū suo℞ reges.Ne uideat̄ iniuriā facere regibus quo℞ exēpla sequunt̄.q̄si ab eis uenia petit:dicit.n. cū i supioris exēplū polueri: grati ai eo℞ q libitinā exercebāt:fortasse idignabut̄ reges: ꝙ tā sordido generi hoium eos subitiā: sed cur ita faciat rōnē subiūgit:aut inqt mihi p̄termittendi fuerāt:aut extrēo domesticorū exēplorū loco ponēdi:sed p̄mittēdi nullo mō fuerāt: ne uirtus ēt in īfimis sua laude careat.ferāt igit̄ æquo aio reges se polinctoribus subiūgi.☞Pace ci.Sic dicere
solemus cū aliquē in dicēdo offendimus.☞Secū Sdm
dū:Post.Serui.Sulpi.i episto.de morte Marcelli post
duo uulnera accepisse:unū i stōacho: alte℞ i capite:sm aurē.i.post aurē: q̄q̄ alii dicūt iuxta aurē:nā secūdū iter dū significat iuxta.☞Gregē: polinctorum.☞ Actus:Recte factorum.

CCaii &c.Lucius Sylla subsequitur ubiq; uesti/ ASCē/
gia Caii Marii certamine.i.contentione laudis.s. sius
eiusdem rei.Enim pro quia:ipse Sylla dictator.i.cum esset dictator perpetuus &.i.simul adoperuit.i.texit Pompeio priuato.i.nullo tunc magistratu fungēti caput:hoc est cū Pōp.caput detegeret ipse illud adopuit & assurrexit sup.ei sella.i.de sella curuli i q̄ sedebat:& descēdit equo:li.s.i equo fuit aduētāte Pōp.& p̄dicauit i conciōe se facere libēter ea:memor ptes suas adiutas exercitu pr̄no.i.pr̄is Pōp.ab eo.s.Pōp.nato annis duodeuigiti.i.octodeci.Multa(iqt author) isignia sup.cōtigerūt Pōp.sed nescio an qcq̄ cōtigerit Pōp.admirabili⁹ hoc.s.qđ coegit sillā obliuisci sui.i.suæ naturæ supbæ & ferocis:magnitudie.i.ob magnitudinē beneficii.s.ab eo accepti.☞Sit &c. Ordo ē:Aliqs locus sit ēt sordibus.i.sordidi & abiecti ministerii hoib⁹:gratis.i.dūmō fuerit grati eōpti i sūmo splēdore.i.iter splēdidissimos hoies un̄ ēt adducēs exēplū dicit.M.cornuto p̄tore locāte.s.ꝓmissa mercede pollinctorib⁹ seu libitiariis:iussu sēatus:qa sēatus id iusserat:funus hirtii & pāsæ iterfecto℞ ꝓ libertate publica:ii sup.q exercebāt tūc libitinā.i.ministeriū sepeliēdorū aut cōburēdorū cadauerū:polliciti sūt tū.i.simt̄ usū rerū suarū.s.ad funus ptinētiū:tū.i.ēt ministeriū suū gratuitū.i.sine mercede:qa hi.s.Hirtius & pāsa occiderāt dimicātes ꝓ rep.& excuderūt.i.artificiose q̄si excudēdo obtiuerūt:aut extuderūt.i.iportūis p̄cibus extūdēdo extorserūt:postulatiōe pseuerāti ut appat⁹ exeqarū addiceret̄.s.ipis.i.attribueret̄:sestertio nūmū.i.dipōdio & semis cū multo pluris costare dēret:sed ipis p̄betib⁹.s.appatū gratuitū i reliqs.hoc ē uoluisset qdē penitus gratis facere funus:sed qa id nō licebat:petebāt ut sestertio.i.ptio sestertii sibi addiceret̄ & reliq̄ facerēt ipēsis suis. Alii itelligūt:adiiceret̄ augeret̄ sestertio ipis p̄bētib⁹ sup.ipsū &c.Q uorū.s.libitinariorū laudē adiecta lege.s. ꝙ gratis nō fieret funus cōditio.i.uilitas status eo℞ auget magis q̄ extēuat.Q m̄ qdē ipi nulli alii rei q̄ q̄stui.i.lucro uiuētes.i.finē uitæ cōstituētes i nullo alio q̄ i lucello:cōtēpserūt q̄stū.☞Pace&c.Parasceue ē & trāsit⁹ad externa q cū sint nobilissimo℞ hoiu; ne uideat̄ iepta collocatio purgat quodāmō talē cōtiuationē dicēs reges gētiū extera℞ patiēt̄ pace cinerū suorū.i.cū bōa uēia a defūctis obtēta:se referri.i.narrari:sm id ē stati post hūc tā cōtēptū gregē.s.pollinctorū:q.s.grex aut nō fiet attingēdus aut nō nisi in ultima parte exēplorū domesticorū collocandus. Sed dum actus honesti etiā si sunt æditi ab infimis nō intercidant memoria:licet.i.licitū est ut sup. obtineant locum separatū:utpote mediū in quem oratores quæ minimi sunt momenti coniicere solent:ut sup. ipsi nec uideantur adiecti:his nobilibus domesticis:nec prælati illius.s.nobilibus externis.

OLI.

DArius priuatæ adhuc fortunæ. Darius cũ esset in priuata fortuna: uiso Sylophõtis uel ut alii dicũt sylosontis samii specioso & insigni quodã indumẽto mira eius pulchritudine delectatus uehementer cõcupiuit: qđ ubi sylophon cognouit exutũ dono dedit Dario: q postea regno potitus gratissima memoria recõpensauit nã sylophontẽ samiorũ urbi & insulæ pariter ꝓfecit. Stra. lib. xiiii. Sylophõ nõ inquit priuatus relictus est is cũ Dario hystapis filio ueste q̃ ferebat aliquãdo largitus eẽt: nã ille cũ nõdũ rex eẽt eã magnope cõcupiuerat: cũ uero regnaret dono sylophonti tyrãnidẽ dedit: qui acerbe imperauit: quapropter urbs hominibus uiduata est: unde dictum est ꝓuerbiũ. Sylophontis opera locus amplus est. hic autẽ frater fuit Polycratis multos annos usq; ad ultimũ fati sui diem summa felicitate usus ẽ: de quo suo loco dicemus: quõ aũt Darius sit regnũ consecutus dicetur in capitulo de uafre dictis & factis.

Sylo- son Sami Tyrannus

Priuatæ adhuc fortunæ: Quia nondum Rex erat. Non enim precium: non datum: sed dantis animum compensauit.

Mithridatis gratitudo

MIthridates quoq;: Mithridates rex põti amicũ habuit Leonicũ noie sibi maxime fidum & in uariis casibus suæ salutis defensorẽ acerrimũ: qui cũ bello nauali captus esset a rhodiis. captiuos omnes quos multos habebat Mithridates & nobiles ꝓ eo solo permutare non dubitauit: ut gratum illi animum ostenderet. maluit enim in regni discrimine uersari quã ingratus aliqua ratione uideri. A rhodiis: Nam tẽpore quo asiam occupauit & M. Phlocium. & Gneum apuleium in uincula coniecit omnesq; Romanos in asiæ partibus inuẽtos trucidauit. rhodios quoq; iuasit a quibus aliquot naualibus præliis superatus est: & Leonicus iste amicus captus.

LIberalis Po. Ro. uno eodẽq; exemplo de Romanorũ liberalitate & regis Attali gratitudine loquit; uel potius sola regis gratitudinẽ cũ Romanæ liberalitatis cõmemoratione percurrit de qua supra in capi. de liberalitate dictũ est: nõ fuit profecto ingratus. rex attalus: qui acceptã a Popu. Roma. prouinciam: eidem: moriens titulo legauit: in cũius aula cum stragulæ: uestes: tapetes: aliaq; multa regia ornamenta fuissent inuenta: aulea fuerũt appellata: de hoc rege Hora. primo odarum lib. & alibi mentionem facit. Itaq; nec huius munificentia. Si quis tot uerbis laudare uoluerit uterq; uidelicet & liberalitatem Popu. Roma. & gratitudinem attali regis ꝙ ciuitates datæ & redditæ sunt dicendo uix sufficeret.

De Dario. Externa.

DArius priuatæ adhuc fortũæ amiculo Silosõtis samii delectat⁹ curiosa cõtẽplatione fecit: ultro sibi & qdẽ a cupido daret. Cui⁹ mũeris q̃ grata æstimatio aio eius eẽt allapsa: regno potitus oñdit. totã nãq; urbẽ & isulã Samiorũ Silosonti fruendã tradidit. Nõ. n. pretiũ rei æstimatũ: sed occasio liberalitatis ẽ honorata: magisq; a quo donũ proficisceretur: quam ad quem perueniret: prouisum.

De Mithridate.

MItridates quoq; rex magnifice grat⁹ apparuit: quõiã ꝓ Leõico acerrimo defensore salutis suæ a Rhodijs nauali pugna excepto oẽs hostiũ captiuos permutauit: sanctius esse existimans ab inuisissimis circunueniri: quam bene merito gratiam non referre.

De Attalo rege.

LIberalis Populus Ro. magnitudine mũeris: qđ Attalo regi Asiã dedit dono. Sed Attalus ẽt testamẽti æqtate grat⁹: q eãdẽ Asiam populo Ro. legauit. Itaq; nec huius mũificentia: nec illius tam memor beneficii aius tot uerbis laudari potest: quot amplissimæ ciuitates uel amicæ datæ: uel pie redditæ sunt.

ASCẽsius

Darius adhuc fortunæ priuatæ. i. nondũ rex creatus sed ne regis q̃dem filius: delectatus amiculo. i. indumẽto delicato (ab amiciendo) sylophõtis siue ut alii scribunt Silosontis samii. i. adolescẽtis: fecit. i. effecit curiosa cõtemplatione. s. amiculi per quam samius ille intellexit ꝙ ipsum nimis habere cuperet: ut sup. daretur sibi ultro. i. priusquã apertis ipsum precibus peteret: & quidem a cupido. s. dare: & ita auxit beneficium: quia uoluntarium datorẽ diligunt & dii & homines. Cuius muneris q̃. i. quãtũ grata æstimatio esset allapsa animo eius. s. darii ostendit potitus. i. postq̃ potitus erat regno. s. persarum. Namq; pro quia ipse tradidit Sylophonti siue ut dixi Silosonti urbem & insulam samiorum fruendam. i. est ad delicias eius habendam. Non enim precium rei est æstimatum. i. appreciatum sup. a Dario: sed occasio liberalitatis: quia tunc ille dedit cum talem remunerationẽ expectare non poterat: est honorata sup. ab eo & prouisum est magis a quo donum proficisceretur: quia ab humili & paupere sed liberaliter dante: quã ad quem perueniret: quia ad eum qui postmodum rex euasit. Posset etiam intelligi de dono Darii: ut sit & magis prouisum est a Dario a quo donum quod dabat proficisceretur qa a se qui rex erat: & tale donum dare poterat q̃ ad quem peruenit: quia ad uirum uix tali dono dignum. Mithridates quoq; rex. s. ponti apparuit gratus magnifice. i. cum magnificentia. quoniã permutauit. i. in permutãdo dedit oẽs captiuos hostiũ pro Leonico acerrimo defensore salutis suæ excepto. i. p insidias capto a rhodiis sup. in pugna nauali. Existimans. s. mithridates sanctius esse circũueniri. i. decipi in rerum æstimatione ab inuisissimis. s. hostibus. q̃ non referre gratiã benemerito. Liberalis sup. fuit populus Ro. magnitudine muneris ꝙ. i. qa dono dedit attalo regi asiam. s. minorẽ sed attalus etiã gratus sup. fuit in Po. Ro. æquitate testamẽti: q legauit. i. testamẽto reliquit Pop. Ro. eandẽ asiã. Itaq; nec munificẽtia huius. s. Po. Ro. nec animus illius. s. attali. tam. i. in tantũ memor beneficii: põt laudari tot uerbis quot amplissimæ ciuitates uel datæ sunt amice. i. amicabiliter a Populo Ro. ipsi attalo: uel redditæ sunt pie. i. pio & grato affectu: ab attalo eidem populo romano.



Aeterrum nescio an præcipi. Satis constat Masanissam numidarum regem uaria fortuna regno pulsum bello puni. secúdo Aphricāi superioris beneficio in regnū fuisse restitutū: & uicto Syphace: Cirrha oppido & cæteris urbibus & agris qui regni fuerāt syphacis totius deniq; numidiæ iperio fuisse donatū: cōsentiēte atq; etiā approbāte senatu: deinde cū post fœdus cerneret illū auidiorē eē in iperio suo dilatādo legē ferri iussit: q̄ Masanissæ ab iperio Po. Ro. salutē libertatē tribueret: quo beneficio prouocatus Masanissa unū in terris Po. Ro. p̄cipua fide: singulariq; beniuolētia pp̄etuo coluit & obseruauit: adeo ut hi-

OLI.

Masanisse gratitudo erga P. r.

ℭ De Masinissa rege.



Aeterū nescio an p̄cipuæ Masinissæ regis pect⁹ grati aī pignorib⁹ fuerit refertū. bñficio. n. Scipiōis: & p̄suasu regni mō liberius auctus: mēoriā īclyti mūeris ad ultimū uitæ finē: lōga ēt a dis īmortalib⁹ senectute dōatus: cōstātissima fide perduxit: adeo: ut eum nō solum Africa: sed etiam cunctæ gētes scirent amiciorē Corneliæ familiæ: atq; urbi Romanæ: quam sibimet semper fuisse. ille cū graui carthaginiensium bello præmeretur: ac uix tutelæ suæ ipii sufficeret, tamē Scipioni Aemyliano: qa nepos Africani erat: bonā: magnāq; partē numidici exercitus: quam Lucullo cōsuli: a quo ad auxilia petēda missus fuerat: i Hispania duceret: prōptissima mente tradidit: præsentiq; periculo respectū pristini beneficii anteposuit.

spano bello qd̄ iperatore Lucullo gerebat̃. cū ipse quoq; tam graui & piculoso Carthagiēsiū bello pmeret̃ auxilia tñ Romāis petētibus miserit: eoq; ꝓpensius quo Aemiliāus Scipio ad ea petēda legatus uēisset: nam maluit in regni & salutis suæ discrimīe uersari: q̄ Romāis & Scipiōi īgratus aliq̄ ex pte uideri. fuerat. n. cū familia Scipionū & hospitalitatis & amicitiæ summo iure couīctus: ut dixius: unde Cice. in somno Scipiōis: Ita loquētē Scipionē iducit: cū in aphricā uenissem .A. Manilio cōsule ad quartā legionē tribunus ut scitis: militū: nihil mihi poti⁹ fuit: q̄ ut masanissam cōuenirē regē familiæ nostræ iustis de causis amicissimū ad quē cum ueni cōplexus me senex collachrymauit aliquantoq; post suspexit in coelū: & grates ago inqt sūmæ sol uobisq; reliq cœlites: ꝙ anteq̄ ex hac uita migro cōspicio i regno meo & his tectis. P. Corneliū Scipionē cuius ego noie ipso uereor: Itaq; nunq̄ ex aio meo discedet illius optimi atq; iuictissimi uiri memoria &cæ. Idē ætate q̄ ad cētesimū extēderat annū: & ualitudine pariter cōfectus: cū uideret se nō diutius supesse posse: Scipionē q tum sub. M. Manilio in Hispāia militabat p lr̄as ab impatore acciuit: ut in eius amplexu extremū spiritū suaq; oia repōeret: sic. n. se fœliciter moriturū dicebat: cuius fatis p̄currētibus aduētū Scipiōis: ut uult Vale. nā aliter sentit Cice. in li. de somno Scipiōis: ut supra uidimus: ei testamēto reliqt rerū oium suaꝝ ptātē & iter filios quos ad qnquagita habuisse dicit̃ diuidēdi regni arbitriū ita legauit: ut qcquid ille statuisset imobile sanctūq; foret mādauit insup liberis & uxori: ut Po. Ro. & Scipionū familiā ppetua fide & obseruātia prosequeret̃. ℣ Cæterū nescio: Ac si diceret affirmo. ℣ Beneficio: Quia ductu & auspiciis Scipionis in regnū restitutus. ℣ Persuasu: sic enim p̄suaserat senatui bene merito syphaci gratiā esse referēdā. ℣ Lōga senectute: quia ad centesimū peruenit annum.



Lle quū graui bello Carthagiēsiū. cuius dirimēdi auctor cato fuisse tradit̃ quē senatus iter utrosq; disceptatorem dederat. ℣ Scipioni: qui sub lucullo tum forte in Hispania militabat: quo tēpore prouocatus ad pugnam hostem interemit. ℣ Nepos aphricani: scilicet superioris per adoptionem.

Scipio Aemilianus ad Masanissā

ASCēsius

ℭ Cæterum. id est sed: nescio. i. dubito: cum uerisimile sit ut credam: an pectus Masinissæ regis. s. Numidiæ populo Romano amicissimi: fuerit refertum p̄cipue. i. præcæteris pignoribus. i. quasi fœtibus aut fructibus grati animi. Enim pro quia: ipse auctus liberius. id est certius & uehementius paulo q̄ decebat aut liberalius q̄ merebat̃ beneficio. i. benefico auxilio: & persuasu. i. persuasione actiua (quia persuasit senatui æquum esse ꝙ Masinissæ regnū auctū tribueretur) Scipionis. s. Aphricani maioris modo. i. mensura regni: perduxit constantissima fide. i. fidelitate memoriam inclyti muneris sup. usq; ad ultimum finem uitæ: sup. suæ: donatus etiam. i. licet esset donatus a diis īmortalibus senectute longa. i. diu durāte: perduxit inquā certis significationibus: adeo. i. in tantum: ut non solum Aphrica. i. Aphricani: sed etiam cunctæ gentes: scirent eum. s. Masinissam fuisse semper amiciorem. i. magis fauentem aut qui plura fecisset: familiæ corneliæ in qua erat Scipio: atq; urbi Romāæ q̄ sibimet qa certe multa ut docet Cice. amici causa facimus quæ nr̄a nunq̄ essemus facturi: de iis aut iudicat populus at de summo bono non potest fieri quin id prius nobis optemus q̄ cæteris mortalibus. Probat aūt qd̄ asseruit affectibus gratitudinis eius subdens. Ille. s. Masinissa: cum. i. licet: præmeretur graui bello carthaginen. ac uix sufficeret tutelæ. i. ad defensionē imperii. i. regni sui: tamē tradidit prōptissima mente Scipioni Aemyliano quia erat nepos aphricani. s. Scipionis maioris: bonam. id est fortem & excellentē ac magnam partem exercitus numidici quā. s. partem: Aemylianus sup. duceret in hispaniam Lucullo cōsuli a quo. s. Aemylianus missus fuerat ad petenda auxilia: tradidit dico: & anteposuit præsenti periculo in quo erat propter bellum cum Carthaginensibus respectum pristini beneficii: scilicet scipionis & Popu. Roma. ℣ Ille. s. idem Masinissa cum ætate iam deficiente laberetur. i. ad interitum tenderet in lectulo. s. decubans: relinquens. i. relicturus iam iamq;: magnas opes. i. facultas regni: & numerum filiorum quattuor & quinquaginta. qd̄ illic fieri potuit: urbi tot uxores quot uolebāt habebant reges: obsecrauit litteris Marcū maniliū qui procōsul. i. in ꝓuincia cōsulari fungēs potestate: obtinebat aphricam. s. prouinciā: ut mitteret ad se Scipionē æmylianū qui per adoptionē id cognomēti assumpserat: militantē tunc sub eo ratus mortē suam futurā feliciorem: se posuisset. i. deposuisset: in complexu dextræ eius. i. complectendo & tenendo dextram eius: supremum spiritum. s. uitæ: ac mandata. i. commissa testamentaria.

ℭ Semper fuisse. castiga. Si sup eresset: ab antiqui exempli.

OLI. ℭ Fatis præcurrentibus.i.preueniēte morte diſſentit a Cicero.ut diximus.⁋ His & horũ ſimilibus. Laudat hoc loco gratitudinẽ: cuius officio dicit benignitatẽ beneficentiaq; in hoium pectotibus nutriri pariter & augeri: incitariq; plurimũ hoies ad promerendũ: cõtra uero ingratitudinẽ: omnẽ pietatis fontẽ exhauriri beneficentiæ & libertatis ardorem extingui: humana deniq; societatem facile dirimi.⁋ Quorum quoniã: quando quidẽ exempla cultæ gratitudinis diximus: nunc neglectæ dicamus: ut contrariis contraria magis illuceſcant.

Romulus a ſenatu laceratus



Urbis noſtræ parentem ſenatus. De ingratitudine dicit Popu. Roma. qui Romulum urbis ſuæ conditorem dilacerauit: uariæ ſunt de Romuli morte ſententiæ apud ſcriptores. alii enim dicunt illum poſt multas res geſtas præclaraq; facinora parta iam immortalitatis gloria raptum fuiſſe: & quod incredibile dictu e mediis ciuiũ oculis euanuiſſe nonis quintilibus: nullum prorſus mortis ſuæ ueſtigiũ relinquentẽ: alii inter quos Liuius dicunt illum a nimbis e media cõcione raptũ cũ ad recenſendũ exercitũ in capreæ paludem cõueniſſet: ubi repente exorta tempeſtas cũ tonitribus & ingenti uentorũ fragore terrã undiq; operuiſſet: Sol quoq; uelut nocte intempeſta penitus defeciſſet: atq; eo ſpectaculo cõuerſis iter ſe patribus reliquã multitudinem aufugiſſe: ſedata deinde procella ubi ex tam turbido die ſerena lux rediit: regẽ nuſquã apparuiſſe: famã de: de nõ obſcure uulgatam Romulũ a patribus infenſis fuiſſe direptũ: alii nõ in capreæ palude: ſed in uulcani templo dilaceratũ tradunt: cũ forte ſenatũ coiſſet de repu. conſulturus: & ex patribus ſuã queq; regis partem in ſinu clam abſtuliſſet ad cuius rei tam atrocis ſuſpitionem ex hominum mẽtibus omnino tollendam curarunt patres.



Ille cũ iã ætate d eficiente magnas regni opes: q̃ttuor & qnq̃gita filiorũ nũero reliquẽs i lectulo laberet: Marcũ Mãiliũ: q pcõſul Africã obtiebat: literis obſecrauit. ut ad ſe Scipionẽ Aemylianũ: ſub eo tũc militantẽ mitteret: feliciorẽ mortem ſuãm futurã ratus: ſi in complexu dextræ eius ſupremum ſpiritum: ac mandata poſuiſſet. ille aduẽtum Scipionis fatis ſuis p̃currẽtibus: hæc uxori: liberiſq; præceperat: unum i terris Po. Ro. & unã i. Po. Ro. Scipionis domũ noſſe. Integre oia Aemyliano reſeruare. eum diuidendi regni arbitrũ haberent. quod is ſtatuiſſet: p̃ide ut teſtamẽto cautũ: imutabile: ac ſanctũ obtierẽt. Tot: tãq; uariis rebus ſe Maſiniſſa iſatigabili pietatis ſerie ad centeſimũ extẽdit annũ. His: & horum ſimilibus exẽplis: beneficẽtia generis hũani nutritur: atq; augetur. Hæ ſũt eius faces. hi ſtimuli: propter quos iuuãdi: & merendi cupiditate flagrat. Et ſane ampliſſimæ: & ſpecioſſimæ diuitiæ ſũt: feliciter erogatis beneficiis: late poſſe cenſeri. quorũ: quoniã religioſum cultũ iſtituimus: nũc neglectũ ſuggillandi gratia: quo ſit gratior: referemus.

ℭ De Ingratis. Caput. III.



Urbis nr̃æ parẽtẽ Sẽatus i ãpliſſimo dignitatis gradu ab eo colocat⁹ i curia lacerauit: nec duxit nefas ei uitã adimere. q æternũ ro. ĩpio ſpiritũ ĩgenerauerat.

ASCẽſius ℭ Ille (affert tertium amicitiæ teſtimoniũ). ſ. dictus Maſiniſſa: præceperat uxori & liberis hæc. ſ. q̃ dicentur. & hoc fatis ſuis præcurrẽtibus aduentũ Scipiõis. i. morte accelerante priuſq̃ Aemilianus aduenĩſſet: p̃ceperat. i. in mãdato reliq̃rat & admonuerat: unũ. i. ſolũ Populũ Ro. & unã. i. ſolam domũ Scipiõis in Po. Ro. i. inter Romanos noſſe. ſ. ultimam uoluntatẽ ſuam: & ut haberent eum. ſ. Scipionẽ Aemylianũ: arbitrum regni diuidendi. ſ. inter liberos: & obtinerent. i. haberent id quod is. ſ. Aemyliãus Scipio ſtatuiſſet. ſ. de regni diuiſiõe imutabile ac ſanctum perinde ut. i. acſi: cautum ſup. fuiſſet a ſe: teſtamẽto. i. in ultima uoluntate: Maſiniſſa extendit ſe. i. produxit uitã ſuam: tot & tam uariis rebus. ut. ſ. ex his intelligi poſſunt infatigabili ſerie. i. continuata proceſſione & oſtenſione: pietatis. i. pii affectus in Populum Romanum domumq; Scipionis.⁋ His & horum &c. Trãſitum munit ad narrationem de ingratis: ad quam hæc eſt præfatio: mixtã tamen cum peroratione de gratis & gratitudinis laudibus: ad hoc enim proponuntur uirtutis exempla ut imitemur unde ea laudat: & uitiorum ut ea fugiamus quocirca eadem uituperat. Ordo eſt. Beneficentia generis humani nutrit. i. cõſeruatur atq; augetur his exemplis & ſimilibus horum. Hæ. i. huiuſmodi gratitudinis ſignificationes: ſunt faces. i. incentiua eius. ſ. beneficẽtiæ: & hi ſtimuli ſup. eius ſunt: propter quos. i. ſtimulos genus humanũ flagrat: id eſt ardet cupiditate iuuandi. ſ. bene meritum: & emerẽdi. i. euidẽter bene merẽdi de ſe mutuo. Et ſane. i. certe: ampliſſimæ & ſpecioſiſſimæ diuitiæ ſunt poſſe. i. ſi poſſunt aut q᷑ poſſunt cenſeri. i. iudicari: latæ. i. collatæ: beneficiis erogatis. i. impẽſis feliciter: quia apud gratos. Quorũ. ſ. beneficiorũ quoniã nos inſtituimus cultũ religioſum. i. anxie & ſancte obſeruatum nos referemus nũc. i. deinceps cultũ ſup. neglectũ: gratia. i. cauſa ſuggillandi. i. uituperãdi & denigrãdi: quo. i. ut ſup. cultus religioſe obſeruatus ſit gratior: quia uituperando uitia gratiores uidentur eis oppoſitæ uirtutes.



Urbis nr̃æ. Hoc eſt primũ exẽplũ ingratorũ q̃ ut de gratis fecit a ſenatu Romano auſpicatur dicens. Senatus. ſ. Romãus: lacerauit in curia: parẽtem noſtræ urbis: uidelicet Romulũ collocatus ab eo in ampliſſimo gradu dignitatis: qa primores urbis eos fecerat. Nec duxit nephas adimere uitam ei qui in generauerat. i. quadam indole naturali q̃ miores maiorũ aios & facta inſequunt ſuſtulerat: imperio Ro. Nõ m̃ liberos reliqt hãc aũt cædẽ Romuli Liuius nõ tacet ſed ambigue recitat li. i. eo q᷑ ſenatui dedecoroſa ẽ: ſed Romulo forſan debita: ut qui fratrem occiderat regni æmulũ. Turpitudinẽ aũt factu reiicit author in tempeſtatem illam ſubiungens. Nimirum haud dubie ſæculum illud ſup. fuit.

¶ Vt quidam Iulius proculus alba oriundus genere opibus:& dignitate primarius inter omnes: tum etiã cum rege fide beniuolentia & affinitate cõiunctus in cõcione descenderet:& iureiurãdo affirmaret Romulũ descendẽti sibi in forũ occurrisse:formã longe augustiorẽ humana:dixisseq; se in deorũ numerũ esse trãslatũ:& iussisse nunciare patribus populoq; suo:ut rem militarẽ diligẽtissimæ colerent:quia nullæ opes tantæ futuræ eẽnt quæ illorũ armis resistere possent.se uero progeniẽ suã ꝓpitio munere sospitaturũ esse ꝑpetuo:cui uiro dicunt mirã fidem traditam esse ob cõiunctam cũ rege affinitatẽ:tum etiã eius uiri ꝓbitatẽ & acceptũ iusiurandũ: & hoc modo depositã fuisse suspitionẽ:creditumq; romulũ deũ eẽ quẽ q̃rinũ appellãtes ꝑpetuo coluerũt. OLI. Romuli, consecratio

Rude nimirũ illud:& ferox seculũ:qđ cõditoris sui cruore fœde maculatũ:ne sũma q̃dẽ posteritatis dissimulare pietas p̃t. ¶ De Populo Ro. In Camillũ.

Hunc igratũ lapsæ mẽtis errorẽ:Cõsentãea nr̃æ Ciuitatis pœnitẽtia seq̃t. Viriũ romanaꝝ icremẽtũ:& latissimũ: & tutela certissima Furi⁹ Camillus: i urbe icolũitatẽ suã tueri nõ ualuit: cuius ipse salutẽ stabilierat. felicitatẽ auxerat. A Lucio.n. Apuleio. Trib. Pl. tanq̃ peculator Veiẽtanæ p̄dæ reus factus:duris: atq;(ut ita dicã) ferreis sentẽtiis i exiliũ missus ẽ. Et q̃dẽ eo t̄pe quo optio iuuene filio spoliat⁹:solatiis magis alleuãd⁹: q̃ cladib⁹ onerãd⁹ erat. sed imemor patria tãti uiri: maximoꝝ meritoꝝ:exeq̃is filii:dãnationẽ patris iũxit. at(iq̃t) ærario abesse. Tr. Pl. querebaẗ q̃ndecĩ millia æris (tãti nãq; pœna finita ẽ) idignã summã ꝓpter quam. Populus. Ro. tali principe careret.

¶ Rude. Excusat quodãmodo Vale. Pop. Ro. qui tum rudis esset & ferox quippe pastores & agrestes oĩs prorsus hũanitatis expertes. ¶ Cõsentanei. quia conueniens fuit ut pœniteret.

Hunc ingratũ lapsæ mentis uitiũ romanorũ: Quot quãtaq; i Po. ro. beneficia Camillus cõtulerit in cap. de moderatiõe abũde satis ostẽdimus. Eorũ igiẗ imemor Po. ro. accusatũ a. L. Apuleio trib. plæ. q. ueiẽtanã p̄dã depeculatus eẽt: igrate nimis ne dicã impie dãnatũ in exiliũ miserũt. itercurrẽte paucos dies adolescẽtis morte filii: hinc igiẗ publico: hinc priuato incõmodo affectus ardeã in exiliũ ꝓfectus est: hic tãta in patriã pietate fuisse dr̄ ut captis ueiis cũ magnã uel apud deos ex tanta felicitate inuidiã populus cõtraxisse uidereẗ: Iouẽ optimũ maximũ cæterosq; deos p̄catus sit: ut si q̃ tãtæ uictoriæ & fœlicitatis ultio Ro. debereẗ eã totã in se unũ cõuerterẽt: qua imprecatione facta dr̄ graui casu in terrã eẽ ꝓlapsus: qđ illi fuit certissimũ futuræ damnatiõis & exilii prodigiũ. ¶ Vitium romanarũ incrementũ: Quia capenates & phaliscos adiecit imperio Pop. ro. & quod oium maximũ fuit uirtutũ suaꝝ opus ueios urbẽ ea tẽpestate potẽtissimã & impii ro. æmulã decẽ annos a Ro. obsessam eo t̄pe cœpit quo difficilior obsidẽtibus q̃ obsessis erat obsidio. ¶ In urbe: quã obseruauerat & amplificauerat. ¶ Depeculator: direptor nã peculator dr̄ publicæ rei subreptor: fur uero priuatæ: sacrilegus aũt sacræ. ¶ Depeculator: Plutar. dicit illũ accusatũ fuisse de spoliorũ tyrrhenorũ expilatiõe q. fama eẽt portas q̃sdã æneas ex hetruscis spoliis apud illũ esse iuentas. ¶ Exiliũ. nã sua spõte ardeã ꝓfectus est: anteq̃ de illo s̃nia ferretur. ¶ Equidẽ eo t̄pe: Auget hãc igratitudinẽ Vale. q. eo t̄pe illũ fuisse dãnatũ dicat quo Po. ro. illũ potius cõsolari debuerat de morte filii. dr̄ cũ excederet cõuersus ad capitoliũ geminas tendẽs ad sydera palmas deos esse p̄catus: ut quẽadmodũ inoxius iuidia tantũ eiiceret: ita quoq; Ro. sui facti & igratitudinis penitẽtia breui caperenẗ & ipsius opera in oĩum mortaliũ cõspectu indigerẽt. Camilliq; desiderio tenerenẗ in hoc Achillẽ imitatus aduersus ciues. ¶ Exequiis iniunxit: Quia uix filii exequias celebrauerat cũ i exiliũ relegatus est. ¶ Quidecim milia æris: Absens dãnatus est. xv. assium milium q numerus ad argẽti rõnẽ cõficit mille & q̃ngẽtas dragmas: nã argẽteus assis est; unde denarius dictus q̃si dena æra. ¶ Adhuc: q̃si dicat: nondũ tacente. ¶ Vibrãte: translatio sumpta a telo siue sagitta: quod cũ missum fuerit uibratur: & antequã uibrare desierit illum telum mittitur. Depeculator

¶ Rude & ferox qđ maculatũ cruore cõditoris sui. i. suæ urbis & imperii: Ne q̃dẽ id est non etiã summa pietas posteritatis. i. eorũ q post romulũ & eius æquales nati sunt: q tam in deos q̃ in hoies pientissimi habiti sunt: põt dissimulare. i. p dissimulationẽ purgare: qđ tamẽ multi conati sunt. ¶ Hũc &c. Ordo ẽ. Pœnitẽtia. i. facinus pœnitendũ & qđ pœnitẽtia isecuta est: nostræ ciuitatis. s. romanæ cõsentanea. i. cõformis facto maiorũ: sequiẗ hunc errorẽ ingratũ. i. per ingratitudinẽ mentis lapsæ. s. in peccatũ. Hoc est (quantũ intelligo) quia fœdissimũ erat scelus maiorũ in romulũ: & natura peccati talis est ut nisi subito per pœnitẽtiã deleaẗ: ad aliud peccatũ æque graue aut grauius trahat: romani multo post lapsi sunt in cõsimile peccatũ erga Camillũ qui secũdus urbis conditor est habitus: unde pœnitẽtia quodãmodo pro peccato hic accipiẗ: hoc est effectus pro causa: pœna pro commisso: nã nõ est pœnitẽtia nisi præcesserit peccatũ. Probat aũt qđ assumpsit dicens. Furius Camillus ens sup. latissimũ incrementũ uiriũ romanarũ: & tutela fortissima: nõ ualuit tueri. i. protegere & tutã cõseruare: incolumitatem suam in urbe. s. roma: cuius salutem ipse stabilierat. i. confirmauerat: & cuius felicitatem auxerat. Enim. i. quia: ipse factus reus. i. accusatus. A Lucio Apuleio Tribuno plæbis tanq̃ depeculator. i. interceptor & defraudator ad peculium suum qđ publicum esset conuertens: prædæ ueientanæ. i. ex ueiis ab eo captis partæ: missus est in exilium sententiis duris atq; ut ita dicam: ferreis. Et quidem eo tẽpore: quo ipse spoliatus. i. orbatus: optimo filio erat magis alleuandus solatiis q̃ onerãdus cladibus. Sed patria immemor maximorũ meritorũ tanti uiri. iunxit exequiis filii damnationẽ patris. At. i. sed sup. patria se purgans inquit: Tribunulplæbis: uidelicet. L. Apuleius querebaẗ quindecim millia æris abesse ærario. i. fisco publico (nãq; pœna tanti. s. æris: finita. i. definita est) appositoriæ indignã summã. i. q̃ q̃ndecim millia æris sunt summa idigna ꝓpter q̃ Populus Ro. careret tali principe. Et ita accusatiuus summa regaẗ a uerbo abesse qđ potius dixero: q̃ ut subaudiaẗ o & sit o summã indignã. ASCÆsius

OLI. Scipionis in Po.R. merita


Riore adhuc q̄rela:africāus superior. De ingratitudine loqt̄ Popu. Roma. erga scipionē africanū superiorem: quā eo grauiorē ostēdit: quo plura illius merita in rēpublicā & maiora fuisse demōstrat: nā ideo scipionis laudes cōmemorat: ut idignitatē ipsā exaggeret & ingratitudinē quodāmō detestatur: fuit autē ut dixius accusatus: q̄ antiochēsem p̄dā usurpasset: & a rege antiocho pecuniā accepisset: ut cōditionibus gratiosis & mollibus pax cū eo Popu. Roma. noīe heret. ⁋ Carthaginis dominá: qa illá Po. Ro. tributariam fecit. ⁋ Accolá: Habitatorē. Incola dicit̄ qui ea loca ihabitat: in qbus p̄dita patria sedē posuerit quasi aduena & inqlinus. accola uero q iuxta habitat: q̄si propinquus & uicinus: hic ergo linterni iuxta paludē reliquū suæ uitæ tēpus cōsumpsit. ⁋ Vici ignobilis: Dissentit a Strabone Vale. nō. n. uicus: sed oppidū linternū dicit eē Stra. lib. v. in descriptiōe cāpaniæ: prope mare iqt post simessam linternū est oppidū. Vbi prioris cognomento Scipionis aphricani sepulchrū iacet: ibi. n. extremá cōsumpsit ætatē omissis propter aliquorū simultatē reipu. negociis. ⁋ Sepulchro suo inscribi iubēdo: Sic. n. testamēto legauerat: ut sepulturæ suæ titulus ille iscriberet̄: Ingrata p̄ria ne ossa mea qdē habebis: de igratitudine ista alii alia sentiūt: ego uero nec maligna relatione insectandá: nec prorsus excusandá eē duco: neq;. n. ciuitatē illá gratá unq̄ dicere ausim q̄ p̄stantissimi uiri simul & innocētissimi tanq̄ de se optime meriti negligēter adeo & abiecte tulerit ignominiam: ut seruatorē sui cædere ex urbe maluerit: q̄ paucorū furorē audaciāq; reprimere: nec tā uituperare q̄ uituperádá censerē: si ad eā iniuriá inferēdam tulisset manus: uerū senatus ut oēs auctores asseuerāt: Tyberio Graccho Scipiōibus opē ferenti aduersus accusatores gratias egit: & plæbs relictis tribūis accusatoribus p oiā tēpla urbis aphricanū secuta facile declarauit quāta beniuolētia: quātoq; honore dignū cēleret Scipionū nomē: qd illud qđ amplissimos illi & p̄pe diuinos honores aliquádo detulisse fert̄: quos ille recipe nō sustinuit cū eū perpetuū cōsulē: dictatorēq; creare uoluerit: cū statuas illi i comicio i rostris i curia i capitolio fieri decreuerit: nōne grati animi signa sūt nō obscura: qđ si ex talibus indiciis ciuiū animi metiēdi sunt. non tā ingrata ciuitas in abiicienda beneficiorum memoria q̄ in tolleranda iniuria lænis mollisq; censenda erit. pauci. n. fuere qui reliquis indignantibus tale facinus audiendū putarunt: sunt etiam qui putant nunquá Scipioné fuisse dánatū: sed gloriæ sacietate captū cōstituisse p̄cul a foro & ambitiōe qetá agere uitá & húc sibi locū q̄si ad id aptū delegisse. cæterū illud uerisimilius est Scipionem ut erat magni & sapiētis aī hō inimicorū inuidiá facile contemnētē cædere ex urbe maluisse: q̄ intestinis discordiis ciuitatē euertere. Quid át ista necessitate: quia inuitus de p̄ria cōquestus est. ⁋ Vltione: qa hoc mō denegādo p̄riæ suæ ossa: de illa quodámō ultus est uidet̄: cū magna qdē modestia: q nō armis: nō bello: nō deniq; ulla ui iniuriá uindicádá eē censuit: ut coriolanus: ut alcibiades: ut multi alii: q p̄ria pulsi p̄riæ bellum intulerūt.

ℭIn Scipionem maiorem.


Riore adhuc querela uibrante alia deinceps exurgit. Africanus superior: nō solū contusam: & cōfractam belli punici armis rēp. sed pene iā exāguem: atq; morientem: Carthaginis dominā reddidit. cui' clarissima opa iniuriis pensando ciuitatis ignobilis cū: ac desertæ: paludis acolam fecerunt eiusq; uolūtarii exilii acerbitatem non tacitus ad inferos tulit: sepulchro suo inscribi iubēdo. Ingrata patria ne ossa qdē mea hēs. Quid ista aut necessitate idignius: aut querela iusti': aut ultiōe moderatius? cineres ei suos negauit: q̄ in cineres collabi nō fuerat passus. Igitur hanc unā Scipionis uindictam ingrati animi urbs Ro. sensit.

Scipionis exitus & sepulchrū ⁋ De sepulchro. tamē & exitu Scipionis uaria tradidere scriptores: alii Romæ mortuū relatū fuisse scribunt: & & ad fidē huius rei monumētū ad portá capená ei factū: & tres statuas superlocatas fuerūt: quaꝝ duæ. P. & L. Scipionū dicant̄ esse: tertia ennii poetæ: huic sniæ illud Cice. suffragari uidet̄. Carus inqt Aphricāo supiori fuit noster Ennius: & Pli. li. vii. natu. histo. priori iqt aphricāus. Q. Ennii statuá sepulchro suo iponi iussit clarumq; illud nomé: immo uero spoliū ex tertia orbis parte raptū in cinere supremo cū poetæ titulo legi. Alii auctores sunt inter quos & Valerius & ea uulgatior fama est: linterni aphricanū mortuum: ibiq; sepultum: ut supra diximus: monumentū ei factū ac statuá superpositá: quá nostra tēpestate disiectá Liuius se uidisse testat̄. præterea apud caietam in marmoreo sepulchro æneaq; urna hæc inscripta reperiuntur. Deuicto Hannibale & capta Carthagine & aucto imperio hos cineres marmore & tectos habes: cui non europa non obstitit Aphrica quondam respiceres hominum quam breuis Vrna præmit piit. autem Scipio. iiii. & l. suæ ætatis anno.

ASCĒsius ℭPriore quærela. s. de ingratitudine Po. Ro. uibrāte. i. micante & sese ostentante: alia. s. quærela exurgit deinceps Aphricanus superior. i. maior reddidit rempu. s. romanā nō solū cōtusam & confractá armis belli punici cōtra Hannibalē gesti: sed pene. i. q̄ si iam morientē & exanguē: reddidit dico: dominá carthaginis: quia eam Po. Ro. tributariam effecerat. Cuius. s. Aphricani pop. roma. pensando. i. cōpensando & præmiádo clarissima opera iniuriis: fecerunt eū accolá uici ignobilis ac paludis desertæ. s. iuxta linternū quo in exilium abiit. Et tulit ad iferos non tacitus. i. non tacens acerbitatē eius exilii uoluntarii: iubendo inscribi sepulchro suo. Ingrata patria. s. romana quidem: non saltem habes ossa mea. Quid (inquit author) aut idignius sup. fuit ista necessitate. s. iuste quærendi de patria: aut iustius ista quærela aut moderatius ista ultione? q. d. nihil. Quia negauit. s. patriæ suæ cineres suos: quam nō fuerat passus collabi in cineres cū Hannibal libenter flammas ei intulisset. Igitur urbs roma sensit hanc unam uindictam. i. ultionē actiuá: Scipionis superioris animi igrati. s. Po. Ro. (Miscet ergo genitiuos: utpote actiuum cū passiuo: ná uindicta seu ultio Scipiōis actiua est: ingrati animi passiua) sensit tamen me hercle. s. ita iudicante ut quod dico sentio: maiorem sup. uindictam uiolentia. i. quam fuerat uiolentia.

THE. ℭVici omnes antiqui. cod. habent ciuitatis.

OLI. L. Scipio Asiaticus peculatꝰ dānatus

Cvm aũt in. C. Genitio: & L. Emilio cõsu. forũ mediũ Rõa. siue motu terræ seu qua ui alia dr ĩpecu uasto in imẽsam altitudinẽ fuisse collapsum: neq; eã: uoraginẽ cõiectu terræ cũ pro se qiq; cogeret expleri potuisse prius q̃ deũ mõitũ qri ceptum quo plurimũ Pop. Ro. posset: id uates canebãt si rẽp. Ro. ꝑpetuã eẽ uellẽt: tũ. M. Curtiũ iuuenũ bello egregiũ castigasse ferũt dubitãtes: an ullũ magis Rõa. bonũ eẽt q̃ arma uirtusq;: silẽtio deide facto: tẽpla: deorũ imortaliũ q̃ foro imminebãt capitoliũq; ĩtuentẽ: & manus nũc in cœlũ: nũc in parẽtes terræ hiatus ad deos manes porrigẽtẽ se deuouisse: equo deide q̃ poterat ornatissimo ĩsidẽtẽ armatũ se in specũ imisisse: donaq; ac fruges sup eũ a multitudie cõgestas: lacũq; curtiũ nõ ab antiquo illo. T. Tacii milite Curtio metio: sed ab hoc appellatũ. ꝑ Illud ꝓf. i. illã uoraginẽ. ꝑ Magna po. Extollit hãc rẽ: multa inqt p̃clara exẽpla cõmẽorari possent ĩ foro ædita: nullũ tñ cũ Curtii facto cõferẽdũ. ꝑ Multa postea: multa p̃terea egregia facinora ĩ foro ædita fuere: nullũ tñ Genitiũ facto cõparãdum. ꝑ Subsideret: ĩclinata esset. ꝑ Admotis: appropinqtis & subditis calcaribus: de hoc Curtio Petrar. Vnde ego uos moneo nobis uirtute uel armis. Nil melius tribuisse deos: hæc summa ꝓfecto. Hæc ueræ Romana bona: & si summa reposcũt Arma uirumq; dabo: sic Curtiũ loquẽtẽ iducit Petrarca Liui. quoq; nullũ magis Romanũ bonũ q̃ arma utriusq;.

Curtii pietas ĩ pñã

Brutus. s. Iunius primus cõsul: cõcurrit equo in acie id est in cõflictu: cũ Arunte filio Tarquinii superbi pulsi regno. s. Romanæ urbis (ob superbiã & Lucretiæ per filiũ eius uiolationẽ) ita. i. tali modo ut hastis illatis pariter. i. pari ĩpetu: uterq; ictus. s. ab altero uulnere mortifero: ꝓsterneret exanimis. i. anima ĩpoliatus aut iam iam ĩpoliãdus. Brutus sup. obiecerit marito Po. Ro. libertatẽ suã: hoc est Populi Ro. stetisse sup. sibi magno. s. pretio: quia uitæ suæ ĩpendio. ꝑ Cũ aũt terra subsideret. i. ad imũ tẽderet & abissum faceret: in mediã ptẽ fori. s. Romani: hiatu. i. aptura & uoragine ac specu uasto. i. ualde amplo ita ut impleri neqret: ac repẽtino. i. subito orto: & ita magis horrẽdo: ne reliquũ urbis absorberet: & respõsum eẽt. s. a uatibus sup. hiatũ illũ posse cõpleri tñmodo. i. dũtaxat ea re: qua Populus Ro. ualeret plurimũ: Curtius adolescẽs & animi & generis nobilissimi (Sũt q nobilissimus legãt: sed ĩsolita fieret cõstructio: nõ. n. dr nobilissimus animi sed aio) iterpretatus urbẽ nostrã. s. Romã: excellere p̃cipue uirtute & armis. i. armatorũ eqtũ: ornatus ĩsignibus militaribus: cõscẽdit equũ: & egit. i. ui ĩpulit secũ ĩ illud ꝓfũdũ: eũ. s. equũ p̃cipitẽ. i. in caput cadẽtẽ: & hoc calcaribus admotis uehemẽter aut sint ablatiui ĩstrumẽtales: egit eũ p̃cipitẽ calcarib9 &c. Sup quẽ. s. Curtiũ uniuersi ciues iniecerũt certati. i. q̃si cũ certamine qs prius aut plurimũ iniiceret: fruges grã honoris: & cõtinuo terra recupauit pristinũ hitũ. i. priorẽ dispositionẽ qa specus ille ptim oppleto: & pti coitiõe terræ clausus ẽ: magna decora. i. ornamẽta: ut statuæ eqstres fuiserũt postea ĩ foro Ro. tñ nullũ exẽplũ obseruat. i. ueneratur hodie clarius pietate Curtii erga patriã: Cui. s. Curtio aut Curtii exẽplo: obtinenti principatũ gloriæ: ego subnectã factum cõsimile. i. cõsimilis charitatis in patriam.

ASCẽsius

OLI.

Cippi pietas erga patriā


Enitio Cippo: Hoc exemplum præcedenti dicit esse consimile: & probat: nam Cippus iste cum per portā q̄ rādusculа dicit̄ egressurus esset in trāseūdo exorta sunt cornua tātæ magnitudinis: ut egredi nō posset: cōsulto oraculo: cognouit se futurū regē: si reuerteret̄ in urbē: maluit in exiliū uoluntariū proficisci quā patriā suam libertate priuari. ꝩ Veluti cornua: Bene ueluti cornua: quia nō re uera cornua fuerant: sed propter demonū illusiones cornua esse uidebant̄: de quibus Ouid. Cornuaq; auratis mirā refe rentia formam: postibus insculpunt longum mansura per æuum. ꝩ Solidam. Veram & non adumbratam.


Enitio Cippo p̄tori paludato portā egre dienti: noui: & inauditi gñis ꝓdigiū icidit. Nāq; in capite eius subito ueluti cornua emerserūt. respōsūq; ē eū regē fore: si i urbē re uertisset. Q d̄ ne accideret: uolūtariū: ac ꝑpetuū sibimet idixit exiliū dignā pietatē: q̄ qd̄ ad solidā gloriā atti net: septē regib⁹ p̄ferat̄. cui⁹ testādæ rei grīa capitis effigies ærea portæ: q̄ excesserat: iclusa ē. dictaq; rau dusciana: qd̄ oli rauda ara dicebāt̄. De Aelio p̄tor.


Eniti⁹ laudis hui⁹ successionē Aelio Præ tori tradidit: cui ius dicenti: cū i capite pi c⁹ cōsedisset: aruspexq; affirmasset: cōsua to eo fore domus ipsius statū felicissimū. Reip. mi serrimū: occiso: i cōtrariū utrūq; cessuꝝ: e uestigio picū morsu suo i cōspectu sēatus necauit. x. & septē militū familiā: eximiæ fortitudinis uiros: cānēsi ꝑ lio amisit resp. ꝓcedēte tpe ad sūmū ipii fastigiū ex cessit. Hæc nimirū exēpla Sylla: & Marius: & Cin na tāq̄ stulta irriserūt. ℭ De Publio Decio.


Vblius Deci⁹: q̄ cōsulatū i familiā suā pri mus itulit. cū latio bello romana aciē iclia tā pene iā: & ꝓstratā uideret: caput suū ꝑ salute reip. d̄uouit: ac ꝓtius cōcitato equo: i mediū hostiū agmē p̄riæ salutē: sibi mortē petēs: irrupit: factaq; igēti strage: plurimis telis obrut⁹ sup corruit. ex cui⁹ uulnerib⁹: & sāguie išpata uictoria emersit.


Enitius lau. Nec hoc puū fuit erga pa triā pietatis idiciū cū Aelius p̄tor non mō suā sed uniuersæ familiæ & gene ris icolumitatē p̄riæ saluti postposuit q maluit picū q sibi ius dicēti i uertice cōsceende rat eo fato ut capto & occiso eius domus grauissi mā pniciē. resp. uero nō puā cōsecutura eēt felici tatē: necare cū exitio suo q̄ eū cōseruare cū reip. detrimēto: picus ē spēs auis q̄ rostro arbores pfo rat. Frōtinus li. iiii. ca. v. Elius iqt p̄tor Vrbāus cū

Picus

ei ius dicēti picus i capite cōsedisset & aruspices rñdissēt: dimissa aue hostiū uictoriā fore: necata Po. Ro. supiorē auē occidit. q̄ nro exercitu uincē te: ipe cū. xiiii. eliis ex eadē familia i ꝑlio occisus ē: húc qdē nō eliū: sꝫ leliū fuisse: & lelios ñ elios pisse credūt. ꝩ Decē & se. Frōtius dič tm̄mō. xiiii. fuisse. ꝩ Vtrūq. s. & sibi male & reipu. bñ cessuꝝ. ꝩ Resp. qa Aphric. postea carthag. P. R. tributariā fecit. ꝩ Sylla. m. & cina. Hi. n. ipii auidi fuerūt: uñ Cæs. cū audisset Syllā d̄posuisse dictaturā priua tus ut alt um dormiret. Sylla inqt nesciuit lras.

Decii pietas ꝓ salu tis pa triæ


Vblius de. Tres fuere Decii q ꝓ rep. se deuouere: teste Cice. ut supra dici i . c. de sōniis p̄ bello latio & gallico: fi lius bello hetrusco: nepos bello Pyr rhi qd̄ gessit ꝓ tarētinis: sed de p̄re tm̄ & filio Va le. mētionē facit Cic. āt li. i. tusc. qō. dicit. n. si mors timeret̄ nō cū latinis p̄ Decius decertās: cū he truscis filius: Pyrrho nepos se hostiū telis obie cisset. idē li. ii. de finibus terre bonorū & malorū pari rōne in lib. de natura deorū & diuinatione.

ASCĒ sius

ℭ Genitio &c. Ordo ē. Prodigiū noui & inauditi gñis icidit genitio cippo: sic cognosato: p̄tori. s. ro. paludato. i. ueste ipatoris ꝓficiscētis i bellū orna to: egredicti portā. i. urbis: q̄ deinde rādusculana dicta est. Nāq; sup. res q̄dā ueluti cornua: emerse rūt. i. extiterūt: subito i capit eius: rñsūq; ē. s. a uatib⁹ aut oraculis deoꝝ: de sign̄atiōe ꝓdigii iterrogatorū: eū fore . i. futurū eē regē: si reuertisset i urbē. Q d̄ ne accideret. i. ne rex heret & ita libertatē p̄riæ oppriēret: ipe idixit sibi exiliū uolūtariū ac ꝑpetuū. Dignā. i. o dignā: aut dignā sup. cēseo pietatē q̄ qd̄. i. q̄tū ptinet ad solidā. i. syncerā & uerā gloriā p̄ferat̄. septē regib⁹. i. quotquot romæ regnarāt. Cui⁹ rei testādæ. i. attestādæ & testificādæ grā: effigi es capitis ærea. i. ex ære facta: iclusa ē portæ q̄. s. gēiti⁹ excesserat: & dicta ē. s. porta rādusculana: ꝙ qa ara dicebat̄ oli rāda. ꝩ Gēitius. s. Cippus de quo ꝓxio loco dictū ē: tradidit successione hui⁹ laudis. s. fugiēdi regni Aelio ꝑ tori cui dicēti ius. i. iudicāti pplo: cū picus. s. auis i tutela martis credita cōsedisset. i. qetē cepisset in capite & aru spex affirmasset: eo. s. pico cōseruato: statū dom⁹ ipius felicissimū & sup. statū reip. miserrimū: & sup. eo occiso. utrūq; cessuꝝ i cōtrariū. i. statū ipius fore ifelicissimū & reip. felicissimū: necauit e uestigio. i. statim ubi stetit nō mutato uestigio: picū morsu suo: i cōspectu sēatus: & sup. amisit deīde i ꝑlio cānēsi cū Hāni. cōmisso familiā. x. & vii. militū appositore: uiros eximiæ fortitudinis: & sup. post illā cladē: Resp. excessit tpe ꝓcedēte. i. successum tpis: ad sūmū fastigiū. i. culmē ipii. Nimirū. i. haud dubie: Sylla & Marius & Cina: q postea rēp. oppsserūt & ci ues Ro. ꝓscripserūt irriserūt hæc exēpla tāq̄ stulta addidisset: ut Cic. Cæsa. sꝫ pp tyberiū q illi successit omisit. ꝩ Publius decius q prius itulit cōsulatū i familiā suā cū uideret bello latino. i. qd̄ cū latinis gerebat aciē Roma nē iā pene iclinatā ac ꝓstratā: deuouit. i. uoto & solēnibus uerbis addici fecit iferis caput suū & ita uitā suā: ꝓ sa lute reip. ac ꝓtius. i. ilico facta deuotiōe: equo cōcitato irrupit i mediū agmē hostiū petēs p̄riæ salutē & sibi mor tē: & igēti strage. s. hostiū facta. i. illa irruptiōe priusq̄ caderet obrutus p̄rimis telis supcorruit. s. sup stragē a se factā & uim telorū i se imissā. Ex cuius uulneribus & sanguine: emersit. i. exorta est uictoria inperata. s. prius.

THE.

ℭ Emerserūt. Vetusta exēplaria habent eruperūt aut erepserunt. ꝩ Rauduscula na &c. Cincius de uerbis priscis ait Aes infectū Rudusculū appellari: ꝙ omnis materia nō deformata rudis dicatur. inde Rudusculana quoq; idem est Rauduscula na porta ꝙ rudis & impolita sit relicta: uel ꝙ raudo sit. i. ære iuncta. lege Pompeium.

VNicũ talis ĩperii specimẽ: de pr̃e huius Decii in ca. de somniis dictũ est. Nũc de filio q cõsul cũ Q. u. Fabio collega aduersus gallos sãnitesq; ꝓfecti cũ ad clusiũ duxissent exercitũ: ibiq; diu incerto marte pugnatũ eẽt: eadẽ uia q pr̃ uictoriã Ro. pepit. nã Fab. dexteꝝ cornu aduersus sãnites. Deciꝰ sinistrũ aduersus gallos quoꝝ pria ꝑlia plus q̃ uirorũ: postrẽa minus q̃ fœmiarũ erãt forte tenebãt: in id tp̃s igiť quo uici solebat hostis q̃ itegerrimas uires potuit militi suo Fab. seruauit. Decius uero & ætate & uigore aĩ ferocior q̃tũcũq; uiriũ prio certamie effudit: & qa lẽtior uidebať pedestris pugna eqtatũ ĩ pugnã cõsciuit: & ĩpe iuuenũ turmæ imixtus ꝓceres iuuẽtutis ĩ hostẽ ut secũ ipetũ faciãt: cõciuit duplicẽ illorũ gloriã fore: si ab leuo cornu & ab eqte uictoria incipiat: bis auerterũt gallicũ eqtatũ: sed nouũ pugnæ genus cõterruit Ro. hesedis carinisq; supstãs arina tus hostis: igẽti sõitu equorũ rotarũq; uẽit. isolitus eius tumultus Rõanorũ terruit equos: ita uictorẽ eqtũ ueluti liphaticus pauor dissipat. Decius ubi suos terga dantes uidit prio reuocare frustra conatus: deide ubi nulla rõne pculsos sustiere posse uidit: pr̃em deciũ noie cõpellans qd ultra moror iqt familiare fatũ datũ nr̃o generi: ut luẽdis piculis publicis piacula simus: iã ego mecũ hostiũ legiões mactãdas telluri ac diis manibus dabo: hæc locutus a sacerdote solemni deuotiõis iprecatiõe facta in cõsertissimos hostes subditis calcaribꝰ equo icurrit: ubi magna prius hostiũ cæde facta gloriose cæsus tãdẽ occubuit: cuius mors nõ ut aliis terrori: sed audaciæ Ro. fuit q istaurata pugna pauloãte uictores gallos isecuti ad. xxv. milia ceciderũt: & viii. milia cæperũt. ⁋ Acq; stre. Eqliter forti. ⁋ Itaq; di. ar. Siqs diligẽtius cogitare uoluerit: utrũ mors an uita deciorũ reip. magis ꝓfuerit nõ facile dignosci poterit: nã uiuẽtes decii nõ passi sunt patriã superari. morientes uero speciosam uictoriã illi pepererunt. ⁋ Vtilius: Quia multas sunt cõsecuti uictorias. ⁋ Amiserit: quia patriã saluarunt se pro illa deuouendo.

OL I. Deciꝰ .P. De. filius ꝑ patria se deuouit

ℂ De Filio. P. Decii.

VNicũ talis ĩpatoris specimen eẽt: nisi aĩo suo respõdẽtẽ filiũ gẽuisset. Is nãq; ĩ quarto cõsulatu patris exẽplũ secutꝰ: deuotione simili: atq; strẽua pugna: cõsentaneo exitu labãtes: pditasq; uires urbis nr̃æ correxit. Itaq; dignosci arduum est. Vtrũ romana ciuitas utilius habuerit decios: an amiserit. q̃m uita eorum ne uinceretur: obstitit. mors fecit. ut uinceret.

ℂ De Scipione Aphricano Superiore.

NOn ẽ extictus ꝓ rep. supior Scipio aphricãus: sed admirabili uirtute ne resp. extingueret: ꝓuidit. siqdẽ cũ afflicta cannensi

NOn ẽ ex. Post cãnẽsẽ cladẽ: cũ ad q̃tuor milia hoium cãusiũ cõsugissẽt: ne oino errãtes sine duce forẽt ĩperiĩ sũmũ ad. P. Scipionẽ admodũ adolescẽtẽ sũmo cõsensu deferũt: cui de sũma reꝝ iter paucos cõsultãti nũciať ne qcq̃ illũ cõsultarẽ pditã spẽ esse: desperatã cõploratãq; rẽp. iuuenes quosdã quorũ pricipẽ. L. Ceciliũ Metellũ: mare ac naues spectare: ut deserta italia ad regnũ aliqđ cõsugiãt: qđ malũ p̃terq̃ qđ atrox sup tot clades ẽt nouũ: cũ stupore ac miraculo turbidos defecisse & q aderãt consiliũ aduocãdũ cẽsebãt: negat cõsilii rẽ eẽ Scip. iuuẽis fatalis dux illius belli: audẽdũ atq; agẽdũ: nõ cõsultãdũ i tãto malo ait: irẽt secũ ex tẽplo armati q rẽp. saluã eẽ uelit: pgit ire sequẽtibꝰ paucis ubi res agebať: & cũ iuuenũ de qbus allatũ fuerat cõciliũ iuẽisset: stricto sup eoꝝ capita gladio: ex mei aĩ snia igt iuro ꝙ ego rẽp. nõ deserã nec aliũ ciuẽ Ro. deserere patiar: si sciens fallo: tũ me Iuppiter optius maxius domũ: familiã rẽq; meã ut leo pessimus afficiat: in hæc uerba iurent oẽs expostulo: q nõ iurarit in se hũc gladiũ strictũ esse sciat: haud secus pauidi q̃ si uictorẽ Hannibalẽ cernerent iurant omnes: custodiendosq; semetipsos cõtra Hãnibalẽ Scipioni tradunt.

ℂ Vnicũ talis impatoris specimen. Mirabili artificio atq; iuentiõe cõnectit exẽpla iuento semp nouo cõtextus filo: Ordo aũt est. Specimẽ. i. spectabile approbamẽtũ charitatis in patriã: talis ĩpatoris. s. Decii: eẽt unicũ. i. singulare: nisi generasset filiũ respõdentẽ aĩo suo. i. eiusdem charitatis in patriam: Cõstat tamẽ nepotem eorũ æmulũ fuisse tertiũ q se ꝓ patria deuouit. Nãq; is. s. filius secutus in quarto cõsulatu suo exẽplũ patris: correxit. i. instaurauit & ad pristinũ robur direxit: uires urbis nostræ hoc est militũ Romanorũ labentes & perditas deuotione. i. ad dictiõe sui ꝑ uotũ & uerba solẽnia: morti & iferis: simili. s. deuotiõe paternæ pugna æque strennua ut erat paterna: & sup. exitu. s. fine uitæ æque sup. cõsentaneo (qđ genus uirtutis Martyres ꝓ religiõe christiana obierũt & qa eo aĩo unusqsq; fideliũ in xp̃m & fidẽ seu ꝑsuasionẽ de eo eẽ debet: ut se pro eo & ea morte deuoueat inde effectũ puto ꝙ primitiuæ ecclesiæ ꝓceres se xp̃o deuotos dicerẽt: sicut apud Iuuena. accipiť uocabulũ. Quã ni tibi deditus essem deuotusq; cliẽs &c. Sequẽtes aũt uim uocabuli nõ plane accipiẽtes deuotionẽ ꝓ intima affectione accipiebãt effectũ ꝓ causa nã illa charitas & intimus amor deuotos facit. Non est ergo ineptũ nec barbarum uocabulũ sed nõ recte intellectũ saltẽ a cõpluribus: sicut indulgẽtia: quæ est inclinatio uæhemẽs aut in rem aut in ꝑsonã: unde q uino aut somno: aut ueneri inhiat: illi indulgere diciť: & qui nimia facilitate liberis ignoscit & eorũ desyderia seqť eis ĩdulgere diciť atq; ita mollis illa educatio liberoꝝ & facilitas ad ueniã & q̃cũq; nimia in eos affectio seu inclinatio indulgẽtia diciť. Et qa dum nobis ignoscit deus pro modica cõtritione & pœnitentia culpãq; clementer remittiť quodãmodo ĩdulget xp̃anæ pietatis ꝓfessores ĩdulgẽtiã pro remissione illa facili & ut ita dicã indulgẽti accepunt: nõ tã inepte q̃ ab ieptioribus taxanť: sed hæc sint trãseunter annotata) Itaq;. i. & ita. arduũ. i. difficile est: sicut ardua scãdere aũt expugnare. dignosci. i. discerni utrũ Romana ciuitas habuerit utilius decios duces an amiserit. Quoniã uita eorũ obstitit ne. s. ciuitas Rõana uincereť: & mors eorũ effecit ut sup. ipsa uinceret: facta deuotiõe in qua quãta fuerit dæmonũ illusio pulchre edocet Sabellicus in Rapsodia sua hunc locum recitans. ⁋ Non est &c. Miro gradu ꝓgreditur ut uæhementiorẽ charitate priorem mutasse sciatur dicens Scipio aphricanus superior nõ est extinctus. i. occisus ꝓ reip. s. Romana sed ꝓuidit. i. cauit ad mirabili uirtute. s. sua: ne respub. extingueretur: scilicet ab Hãnibale. Siquidem cum urbs nostra: scilicet Roma.

ASCẽsius

OLI. ℭ Auctore. Qu. Metello. Qui dicebat heri non posse: ut e tantis malis emergeret oppressa patria. ℣ Abeuntem. Quia de republica & patria desperabant & ideo omnis eius iuuandæ pietas ex eorum pectoribus abierat.

AGe ut a singulis ad uniuersos: Diximus inquit de singulis dicamus de uniuersis ciuibus: nam secundo bello punico cum Hannibal multas & grauissimas clades alias Romāis intulisset: sic breui exhaustum est ærarium ut non modo non scribi exercitus: sed ne fieri quidem diis immortalibus sacrificia possent. tum publicani pecuniam affatim erogaturos polliciti censores adierunt: hortantes non aliter: omnia locarent quā si reip. pecuniæ superessent.

Item cum tot cladibus consumpta iuuentute cogerentur deficientibus ciuibus seruos conscribere: Sempronius Gracchus magnum conscripsit exercitum qui uolones dicti sunt q uolūtaria & non coacta stipendia facerent: quorum opera uictoriam ex hostibus non mediocrem cōsecutus est: nam cum integrum annum operam suam repub. strennue fortiterq; nauassent libertatem tacite deposcebant quasi suorum laborum præmium: quod cum sensisset Gracchus super ea re litteras ad senatum dedit: qui sibi permisit facere quod e republi. fore uideretur: hic aduocata concione & lectis litteris eos omnes se libertatem donaturum pollicitus est: quicunq; postero die signis collatis caput hostis ad se retulisset: q̄ res magis uictoriæ impedimento fuit quā momento: nam ut quisq; hostem impigre occiderat primum caput egre inter turbam & tumultum abscindendo terebat tēpus: deinde occupata dextera tenendo caput fortissimus quisq; pugnator eē desierat: quod ubi tribuni militū Graccho nunciarunt: signum dari propere iussit capita abiicerent: & hostem inuaderent. quo fuso libertatem omnibus esse daturum: quo audito reintegrata pugna: tāto ardore & animis in hostes incursum est: ut uim eorū non sustinentes pœni omnes ferme uel cæsi uel capti fuerint: nā ex triginta milibus uix duo milia & minor pars equitum cū ipso duce euaserunt: post tantam igitur uictoriam seruos omnes Sempronius liberos esse iussit: rursus in ea temporis difficultate: nulla ætas: nullus sexus: nullus ordo: nec hominum conditio a pietatis officio uacarunt: ut in littera uidere possumus. ℣ Aditos: Ad quos ultro ierunt. ℣ Impendium: Stipendium ab impendendo dictum. ℣ Insignia: prætextam & bullam auream quæ significabant eos nobiles esse atq; patritios.

Volones dicti

Impēdium Stipendium

clade urbs nostra nihil aliud: q̄ p̄da uictoris eē Annibalis uidereť: Ideoq; reliqæ ꝓstrati exercitus deserēdæ Italiæ autore Quito Metello consiliū agitarēt: tribunus militū admodū iuuēis: stricto gladio mortē unicuiq; minitādo: iurare oēs nūquā se relicturos patriā coegit: pietatemq; nō solū ipse plenissimam exhibuit: sed etiam ex pectoribus aliorum abeuntem reuocauit.

ℭ De Publicanis.

AGe ut a singulis ad uniuersos trāsgrediar. quanto: & q̄ æq̄li amore p̄riæ tota ciuitas flagrauit. nā cū secūdo pūico bello exhaustū ærariū: ne deoꝝ qdē cultui sufficeret: publicāi ultro aditos cēsores hortati sūt: ut oīa sic locarēt: tā q̄ resp. pecūia abūdaret: se q̄ p̄stituros cūcta: nec ullū assem: nisi bello confecto petituros polliciti sūt.

ℭ De Dominis seruoꝝ. Eqtibus: & cētorionibus.

DOmini quoq; eoꝝ seruoꝝ: quos Sēprōi Gracchus ob isignē pugnā Bn̄uēti manu miserat: p̄tia ab ipatoř exigeř supsederūt. In castris ēt nō eques: nō Centurio stipēdium sibi dare desiderauit. uiri: ac feminæ: quicquid auri: argentiue habuerunt: item pueri insignia ingenuitatis ad sustentandam temporis difficultatem contulerūt. ac neq; beneficio senatus: q mūeribus his fūctos: tributi onere liberauerat: quisquā uti uoluit: sed insup id oēs prōptissimis animis præstiterunt.

ASCēsius

ℭ Afflictā clade cannēsi. i. apud cānas uicū apuliæ accepta nihil aliud uidereť eē q̄ p̄da Hānib. uictoris: & iō reliqæ exercitus ꝓstrati. i. q superāt cladi agitarēt Qu. Metello authore: cōsiliū italiæ deserēdæ: Scip. sup. tribunus militu admodū iuuēis coegit minitādo gladio stricto. i. euagiato: unicuiq;. s. q de p̄ria deserēda cōsentiret aut ulterius ageret: mortē. i. necē p̄lētē: oēs iurare se nūq̄ relicturos p̄riā & ip̄e nō solū exhibuit. s. p̄riæ pietatē plenissimā: sed ēt reuocauit. s. pietatē p̄riæ: abeūtē ex pectoribus aliorū. ℣ Age (adhortādi uox) ut ego trāsgrediar. i. trāseā a singulis. s. i p̄riā piis ad uniuersos Affert āt simul sex exēpla. Primū de publicāis: Scdm de dn̄is seruoꝝ. Tertiū de eqtibus & cēturiōibus. Quartū de uniuersis ciuibꝫ eiusdē tp̄is. Quītū de hiis q tpe Veiētāi belli fuerūt: & Sextū de iis q urbe a gallis capta: de p̄io dicit sic. Quātū & q̄ æq̄li amore p̄riæ ciuitas. s. Rōana flagrauit. i. arsit sup. aliqn̄. q. d. maxio. Nā cū. i. qn̄ ærariū exhaustū scdo bello punico ne qdē. i. nō saltē sufficeret cultui deorū publicāi. i. q publicā aut publice pecūiā tractabāt ut sūt uectigaliū & ipositionū collectores: nūmularii cāpsores & trapezite: hortati sūt cēsores aditos. s. a se: hoc ē postq̄ eos adierāt: ut locarēt. i. cōducerēt ad usū belli oīa tanq̄ resp. abūdaret pecūia: & polliciti sūt se p̄stituros cūcta: nec petituros ullū assem nisi bello cōfecto. i. pacto. De secūdo sic. Dn̄i quoq; eoꝝ suoꝝ quos Sēprōius Grac. māumiserat ob isignē pugnā beneuēti. i. apud beneuētū editā: ut Oliue. late ꝓseqť: supsederūt. i. omiserūt exigere ab ipatore p̄tia. s. senioꝝ quos emerāt. De tertio dicit sic. In castris ēt nō eques nō cēturio. i. nemo hēret unde uiueret: desyderauit stipendiū dari sibi. De q̄rto. sic. Viri ac fœmiæ cōtulerūt qcqd auri argētiue habuerūt: itē pueri cōtulerūt isignia igenuitatis sup. suæ: uidelicet bullas aureas & crepūdia: ad sustētandā difficultatē tp̄is ac neq; qsq̄ uoluit uti beneficio senatus q liberauerat functos his mūeribꝫ. s. publicis onere tributi. s. pēdēdi ad ipēdiū belli: sed isup. i. ultro oēs p̄stiterūt id. s. tributū aīs prōptissimis. De quinto qd̄ quasi pro exemplo a quartis ispectū dicit dic. faciebāt sup. tunc id promptissimis aīs.

OLI.

¶Nõ ignorabãt.n.Dicit eos sũpsisse exẽplũ a maioribus suis:& pulchro utit̃ colore:nã cũ dicit eos nõ ignorare facta maiorũ:pietatẽ maiorꝝ cõmẽorat:nã cũ Camillus ueios obsideret decimã p̃dæ si urbe potiret̃ uouit apollini:sed cũ direpta urbe difficile foret a militibus p̃dã accipe uotũ de publico soluẽdũ fuit:ad hãc igit̃ cõgerẽdã pecũiã:cũ exhaustũ eẽt erariũ matrõæ ornamẽta cõtulerũt:pari rõne i obsidiõe capitolii cũ desp̃ato Camilli aliq̃to spe sua tardioris aduẽtu:& auxilio:cũ gallis mille põdo auri ꝓ redẽptiõe pepigerũt: qđ cũ in publico deesset aurũ ex quo sũma pactæ mercedis cõficeret̃ a matrõis collatũ acceperũt:& ob eã cãm illis honor additus ẽ:ut earũ sicut uirorũ post mortẽ solẽnis laudatio foret.¶Itaq;:Ergo scđi punici belli tpibus naturali & innata pietate homines præditi & exẽplis his maiorum adducti omnia erogare & pati pro salute patriæ non dubitauerunt.

Non ignorabãt.n. captis Veiis cũ decimarũ nõie: q̃s Camill⁹ nouerat:aurũ Apollini delphico mitti oporteret:neq; emẽdi eius facultas eẽt:matrõas ornamẽta sua i ærariũ retulisse. Similterq; audierant mille põdo auri:q̃ gallis ꝓ obsidiõe capitolii ꝓmissa debebãtur:eaꝝ cultu expleta. Itaq; & proprio ingenio:& exemplo uetustatis admõiti: nulla sibi in re cessandũ existimauerunt.

¶Externa De Codro Rege Atheniensium.

AT externa eiusdẽ ꝓpositi exẽpla attigam. Rex atheiẽsiũ Codrus: cũ igẽti hostium exercitu Attica regio debilitata ferro igniq; uastaret̃: diffidẽtia humani auxilii ad Apollinis delphici oraculũ cõfugit:pq; legatos sciscitat⁹ ẽ: quo nã mõ illud tã graue bellũ discuti posset: Respõdit deus:ita illi finẽ fore:si ip̃e hostili mãu occidisset. Q đ qdẽ nõ solũ totis Atheiẽsiũ castris:sed ẽt cõtrariis ꝑcrebuit. Eoq; fctũ ẽ:ut ediceret̃:ne qs Codri corpus uulneraret. Id postq̃ cognouit:depositis isignibus ipii:familiarẽ cultũ induit. Ac pabulantiũ hostiũ globo sese obiecit: unumq; ex his falce percussum:in cædẽ suã compulit: cuius interitu ne Athenæ occiderent:effectum est.

AB eodẽ fonte pietatis Thrasybuli quoq; aius manauit. is: cũ Atheniensiũ urbem

AGe ext.eiu. Ad externa trãsit: & Codri regis atheni.primũ ꝓpõit exẽplũ:Cũ doricẽses cũ atheniẽ. de finibus agroꝝ bella gererẽt:p̃merẽturq; athẽi. ut hostibus resistere nõ possẽt:suis uiribus diffidẽtes ad diuinã opẽ cõfugerũt:legatos ad cõsulẽdum Apollinẽ delphicũ miserũt:q rñsũ retulere: nõ aliter bellũ finiri & p̃riã obsidiõe liberari posse: q̃ si codrus occideretur ab hostibus:qđ oraculũ ad hostes quoq; ꝑuẽit:itaq; a doriẽsib⁹ edictũ ẽ: ne qs codrũ regẽ uulneraret:ille uero ut fato suo p̃riæ succurreret:sũpto militari sagulo & lignorũ fasce cũ falce tãq̃ signatũ ꝓfect⁹ castra hostiũ petiit:& quẽ primũ obuiã hũit grauiter icrepuit orta deide cõtẽtiõe multis illũ cõuiciis onerãs i sui cædẽ ꝓuocauit: nã iratus miles illũ ignarus qs nã eẽt occidit:quo facto paulopost dorienses uicti ex attica regiõe cesserũt atq; ita atheni.uirtute ducis ꝓ salutæ p̃riæ morti se offerẽtis bello liberant̃.¶Diffidẽtia hu. Q uia & suis uiribus diffidebãt & aliorũ auxilia desp̃abãt.¶Attica. regio iter achaiã & macedoniã posita ẽ q̃ maxie græciæ nomẽ obtiet dicta primũ ab Atti filia græci regis successoris cecropis a quo græci denomiati sunt. ¶Cõtrariis:Scilicet doriẽsibus.¶Perambulãtiũ: Hic Vale.dissentit a Iustino.¶Globo.Multitudini:est.n.globus multitudo in orbẽ collecta: globus quoq; dicit̃ spissitudo & aceruus: unde Virgilius flammarum globos:dicitur & lumẽ & rotunditas:unde globus lunaris.

Globus quid

AB eodẽ fo. Q uõ thrasybulus a.xxx.tyrãnis patriã liberauerit supra ostẽdius i ca.de moderatiõe: ubi eius pietatẽ p̃iter & moderationẽ cognoscere potuius:is uero nõ solũ in uindicãda patria pietatẽ ostẽdit:uerũ etiã his uerbis quæ sequunt̃:nã cũ interrogatus esset q̃tum existimaret athenas sibi debere q̃ suo beneficio libertatẽ essent cõsecutæ. respõdit uere dii faxint ut quãtas illi debeo uidear retulisse.

Trasybuli' responsum

¶Enim pro qa:ipsi nõ ignorabãt.cũ.i.qñ:ueiis captis.s.a Camillo:oporteret aurũ mitti Apollini delphico noie deciarũ.i.p̃dæ:q̃s camillus uouerat:neq; facultas eẽt eius.s.tãti auri emẽdi:matrõas retulisse sua ornamẽta ut i aures fibulas aurũ crinale.mõilia & silia i ærariũ.i.thesauꝝ publicũ. De sexto.sic.Similiterq; audierãt: mille põdo.i.libras auri q̃ dẽbant̃ gallis ꝓmissa ꝓ obsidiõe capitolii sup.leuãda:expleta sup.eẽ.i.ad plenũ põdus ac nũerũ pducta:cultu.i.ex ornatu earũ.s.matronarũ. Itaq;.i.& ita Ro.sup.tpe secũdi pũici belli admõiti &.i. sil' ꝓprio igenio ad subueniẽdũ patriæ ꝓpẽso & exẽplo uetustatis:nulla.i.nõ ulla:nõ existimauerũt cessandũ.eẽ sibi in ulla re.q.reip.usui foret.¶Age. Attingã exẽpla eiusdẽ ꝓpositi.s.moriẽdi ꝓ patria:ac subuẽiẽdi patriæ. Codrus rex atheniẽ.cũ attica regio debellata.i.uicta:igẽti exercitu hostiũ uastaret̃ ferro & igni:cõfugit ad oraculũ.i.uaticiniũ:& rñsũ de exitu belli Apollinis delphici.i.apud delphos rñsa dãtis:diffidẽtia.i.pp diffidẽtiã auxilii hũani & sciscitatus est p legatos quonãmõ illud bellũ tã graue posset discuti.i.de collo deiici. Deus rñdit finẽ fore.i.futurũ eẽ:illi.s.bello:ita.i.hoc pacto utpote si ip̃e occidisset.i.mortuus caderet mãu hostili. Q đ.s. oraculũ aut responsum:ꝑcrebuit.i.diuulgatũ ẽ nõ solũ i totis castris atheniẽ.sed ẽt in castris cõtrariis.i.hostilibus. Eoq;.i. pp id factũ ẽ ut ediceret̃.s. i castris hostilibus neqs uiolaret corpus codri. Postq̃ sup. Codrus cognouit id.i. illud edictũ:depositis isignibus ipii iduit cultũ familiarẽ.i.militis gregarii:ac obiecit se globo.i.collectiõi cuidã hostiũ palãtiũ.i.uagãtiũ sine ordie:& cõpulit.s.pp irã unũ ex his.s.hostib⁹ pcussũ falce q̃ tãq̃ frumẽtator aut fœniseca in mãu tenebat:i cædẽ suã (Valla diceret sui:sed obseruatũ ẽ a doctiorib⁹ cædẽ & necẽ suã ꝓ sui dici) cui⁹ interitu effectũ ẽ ne athenæ occiderẽt:qa cognita eius cæde stati hostes oraculo territi aufugerũt.¶Ab eodẽ &c. Aius quoq; thrasybuli athẽiẽ.manauit ab eodẽ fõte pietatis.s.i p̃riã. Is.s. Thrasybulus cũ cupet liberare urbẽ atheniẽ.

ASCEfius

OLL

Themistoclis erga patriam pietas

¶ Teterrima: Turpissima: nā tetrū dicimus nigrū obscurū: horrēdū. Virg. lauit improba teter ora cruor. ¶ Cumulauit: Auxit: nā sicut dicius mēsurā cumulatā q̄ fuerit ad sūmū usq; plena: sic & gratiā dicimus cumulatam. Themistocles aūt: Themistocles ab igrata patria pulsus ut in cap. de igratitudine diximus ad hostes quos paucis ante annis igēti ac ꝓpe icredibili uictoria supauerat: Xersem. s. Persaꝝ regē cōfugere coactus est: nullo cōseruatæ græciæ loco: excipere illū audēte: qđ edictū eēt si qs eū suscepisset: pari & ipse mulctaret̃ exilio: cū igit̃ ad Xersem uenisset: quē tanto artificio debellauerat ut se magis a Themistocle cōseruatū q̄ superatum fuisse crederet: petiit sibi anni spaciū dari: quo persicā linguā addisceret: quo facto sic pfice locutus ē: ut nō athenis: sed in perside natus uideret̃: hic deinde regi pollicitus est totā græciā eius adiecturū iperio: qre illi rex qnq; uel ut alii dicunt septē ciuitates dono dedit: magna isuper illi stipēdia de publico dari iussit: postea uero cū soluēdæ fidei tēpus appetiisset & rex iā ꝓmissa repeteret Themistocles nefas eē ducēs ꝑdere patriā. cū uideret se nō aliter: & pariter fidē & patriā posse seruare mortē ipse sibi cōsciuit: nā facto sacrificio taurinū sanguinē ueneno ꝑmixtū icunctanter exhausit & ita periit ergo magna pietas fuit ut mori maluerit q̄ ꝑdere p̃riā: aut illi bellū iferre. ¶ Victorē: Quia apud salamia psarū regē supauit. ¶ Impatorem: Cū p̃ria pulsus ad regē cōfugit & ab eo constitutus est ipator. ¶ Altero themi. op. Quia si ut regi ꝓmiserat persas duxisset i græciā: athenæ alteꝝ optassent Themistoclē: q rursus deuiceret psas. Sequit̃ eiusdē. Cū de finibus agrorū inter se Carthag. & Cirenēses diu bella gessissent: & utriq; multis cladibus afflicti eēnt: nouā dirimendi belli rōnē inierūt: nā p iducias spōsionē faciūt: uti certo die legati domo ꝓficiscerent̃: quo in loco iter se obuii fuissent: is cōis utriusq; populi finis haberet̃: igit̃ Carthag. duo fratres missi: qbus nomē Philenes erat maturauere iter ꝑgere: Cirenenses tardius iere: id secordia ne an casu acciderit parum cōstat. cæterū solet in illis locis tēpestas non secus atq; in mari retinere hoīes: postq̄ Cirenenses aliquāto posteriores se esse uident & ob rē corre-

trigita tyrānorū teterrima dominatiōe liberare cuperet: puaq; manu maximæ rei molē aggrederet̃: & quidā e cōsciis dixisset: quātas tādē tibi Athenæ p te libertatē cōsecutæ gratias debebūt? Respōdit dii faciāt: ut quātas ip̄e illis debeo: uidear retulisse. Quem affectum inclytum destructæ tyrannidis opus laude cumulauit.

¶ De Themistocle. 21

Themistocles āt: quē Virt⁹ sua uictorē: iniuria patriæ ipatorē psaꝝ fecerat: ut se ab ea oppugnāda abstieret: istituto sacrificio exceptū patera tauri sanguinē hausit: & ante ip̄am arā: q̄ si q̄dā pietatis clara uictia cōcidit: quo qdem tā memorabili eius excessu: ne Græciæ altero Themistocle opus esset: effectum est.

¶ De Duobus Philēis fratribus carthaginiēsibus.

Sequtur eiusdē generis exēplū. Cū iter Carthaginē: & Cyrēas de margine agri ptinacissima cōtētio eēt: ad ultimū placuit utriq; eodē tpe iuuenes mitti: & locum: i quem ii cōuenissent: finē ambobus haberi populis. uerū hoc pactū duo fratres Carthaginiēses nomine Philēi: pfidia præcurrere: citra constitutam horam maturato

Philenorū fartrū mors ꝓ patriæ pietate

ptam domi pœnas metuūt: criminari carthaginēses ante tēpus domo digressos: cōturbare rem deniq; oīa malebant q̄ uicti abirēt: sed cū pœne aliā cōditionē æquā quærerēt: Cirenēses optionē faciunt carthaginēsibus ut uel illi quo fines populo suo peterent ibi uiui obruerent̃: uel eadē cōditionē sese quē in locū uellent processuros dimitterent. phileni cōditiōe probata seq; uitamq; suā reipub. cōdonauere: ita uiui obruti sunt. Carthaginenses in eo loco philenis fratribus aras cōsecrauere: aliosq; illis honores domi constituerunt. de quibus Stra. in fine ultimi libri mentionem facit. ¶ De margine. De finibus & extremitate agrorum.

ASCēsius

¶ Teterrima. i. turpissima dominatiōe triginta tyrānorū illi ab Lacedæmōiis ipositorū: & aggrederetur manu parua. i. paruis copiis: & auxiliariis molē. i. pōdus aut difficultatē rei maxiæ: & qdā e cōsciis dixisset: q̄tas tandē gratias: athenæ cōsecutæ p te libertatē: debebūt tibi? Respōdit: dii faciāt ut uidear retulisse illis sup. tantas gratias: quātas ipse. i. ego debeo illis: qa qlibet patriæ plurimū debet. Quē affectū. i. bonā uolūtatē: iclytū opus tyrānidis destructæ cumulauit. i. auxit laude. ¶ Themistocles āt quē uirtus sua fecerat uictorē psarū: & quē iniuria patriæ fecerat iperatorē persarū: ut abstineret se ab ea. s. patria sua athenis oppugnāda: sacrificio instituto hausit sanguinē tauri exceptū patera. i. uase patēte: quo libauerat: & cōcidit ante ipsam aram: q̄si. i. tanq̄ qdā clara uictima pietatis: quo qdē tam memorabili excessu eius effectū est ne opus esset græciæ altero Themistocle. i. iperare tam ualido ut fuerat Themistocles ad resistendum persis: quia persæ ab instituto destiterant: tantam uirtutem ac charitatem eius in patriā stupentes: ueritiq; complures esse apud Athenas tales in patriam animos. ¶ Sequitur exēplū sup. aliud & alterius gentis eiusdē generis. i. charitatis in patriā. Cū. i. quo tpe: cōtentio. i. disceptatio etiā armorū: ptinacissima: quia obstinatissimis animis: esset inter Carthaginē & Cyrenas duas potētissimas urbes Aphricæ: de margine. i. limite & extremitate agri. s. intermedii finiēdi: placuit sup. utrisq; ad ultimū. i. demum postquā ambæ ptes defessæ erāt: mittere utrinq;. i. ab utraq; urbe: iuuenes eodē tpe. s. exire incipientes: & locum in quē hi. s. iuuenes cōuenissent. i. cōgressum fecissent (notauit locutionē ualla docens ex eo cōuenio cum accusatiuo & aduerbio ad locū cōstrui: unde nō dices cū Raudensi: ubi aut in quo loco conueniunt: sed quo aut in quē &c.) haberi. i. habendū esse ambobus populis finē. s. ditiōis. Verū. i. sed: duo fratres Carthaginē. nomine Phileni ꝑcurrerūt. i. ꝑcurrēdo uitiauerunt hoc pactū. i. hanc cōuentionē pfidia. i. nō seruata sed uiolata fide.

¶ Conſilio non reſpondit. Quia conſilium fuit duram illis conditionem imponere. ſ. mortis ſperantes illos nõ accepturos: ſed res aliter euenit quã eorũ cõſilium fuerat. nã ultro ſe pro patria deuouerũt & obruenda corpora obtulerũt. ¶ Vbi ſunt ſuperbæ: Nũc per cõparationẽ exaggerat horũ iuuenũ laudẽ: dicit enim quãuis magna quondã & ꝑpotens fuerit Carthago & copiis militũ cæteras gentes excelleret: tamẽ illa oĩa perierũt: horũ autẽ florida ſtabilis & æterna ꝑmanſit. ¶ Inclyti portus. Glorioſi portus: qui pœnitus ſublatus & funditus euerſus ẽ. ¶ Claſſis terribilis. Præſertim Sicilia & hiſpania tota deleta eſt. ¶ Tot exercitus. Haſdrubalis Magõis Giſgõis: Amilcharis & Hannibalis. ¶ Vbi in. Quaſi dicat omnia iſta euerſa & penitus deleta ſunt. ¶ Duobus ſcipiõibus. Scilicet ſuperiori & iferiori. nam prior tributariã fecit poſterior funditus euertit Carthaginẽ. ¶ At philenorũ. Nũc ſuã adaptat cõparationẽ. ¶ Nihil eſt igiẽ. Nihil eſt inqt qđ humano ingenio & operi cõparari poſſit æternũ & immortale niſi uirtus. ¶ Mortali oĩa. Quãtũ ad ingeniũ. ¶ Ac manu. Quantũ ad uires. ¶ Quæri. Pro acquiri. De his Petrar. Tũc acres uixere uiri quos iter amorẽ iſignis patriæ fratres Carthago philenos. Nũc colit extinctos numerumq; auxiſſe deorum eſtimat: ac gemini ueneratur numinis aras. hi patriæ uitæ cupidi ſi forte negaſſent: Plura cyreneo cecidiſſent milia campo. OLI.

greſſu in longius promotis terminis: quod cum intellexſſent cyrenenſium iuuẽnes: diu de fallacia eorum queſti: poſtremo acerbitate conditionis iniuriam diſcutere conati ſunt. dixerunt namq;: ſic eũ finem ratum fore. ſi Philẽi uiuos ſe ibi obrui paſſi eſſent. ſed conſilio euentus non reſpondit. Illi enĩ nulla: interpoſita mora: corpora ſua his terra operienda tradiderunt. qui quoniam patriæ: quam uitæ ſuæ longiores terminos eſſe maluerunt: bene iacent: manibus. & oſſibus ſuis punico dilatato imperio. Vbi ſunt ſuperbæ Carthaginis alta mœnia? ubi maritima gloria inclyti portus? Vbi cunctis litoribus terribilis claſſis? ubi tot exercitus? ubi tãtus equitatus? ubi immenſo Aphricæ ſpacio non contenti ſpiritus? omnia iſta duobus Scipionibus fortuna partita eſt. At Philenorũ egregii facti mẽoriam: ne patriæ quidem interitus extinxit. nihil eſt igitur excepta uirtute: quod mortali animo: ac manu: immortale quæri poſſit.

¶ De Ariſtotele.

IVuenili ardore plẽa hæc pietas: Ariſtoteles uero ſupnæ uitæ reliqas ſenilibus: ac rugoſis mẽbris i ſummo literarũ ocio uix

ARiſtoteles uero. Ariſtoteles patria iam euerſa: a Philippo ut qdam dicunt: ut alii ab Alexãdro: ut inſtauraretur obtinuit: legeſq; & formã reipu. ipſe deſcripſit: qua poſtmodum ea ciuitas uſa eſt: fuit ergo pius erga patriã: & cũ eſſet athẽis & iam ætate cõfectus abſens tamen diligẽtiſſimã patriæ curã ſuſcepit: qui non prius deſtitit q̃ a rege ut inſtauraret prudẽtia ſua obtinuit: qua re illum ciues ob hæc merita tanto in honore habuere: ut feſtos dies & ludos quotannis eo uiuẽte faciẽdos publice dedicarunt. feſta autẽ Ariſtotelia nuncupata fuere. Quod uero nonnulli dicunt uſum hoc uafra mento fuiſſe: ut iuranti Alexandro ſe illi omnia negaturũ. q̃cunq; pro pr̃ia petiſſet poſtulaſſe: ut patriã ꝑderet: & Alexã. coactũ fuiſſe illã cõſeruare: qa ſaluo iureiurãdo aliter non poſſet: id fecit Anaximenes lampſacus pro lampſaco patria & non Ariſtoteles. ut dicturus eſt Valerius in capitulo de uafre dictis & factis. Ariſto telici ludi

¶ Greſſu. i. egreſſu aut curſu: maturato. i. feſtinato: citra. i. ante horam conſtitutam: terminis promotis. i. extenſis in longius. ſ. quã æquum erat: quod cum iuuenes Cyrenenſium. i. a cyrenen. emiſſi intellexiſſent: quæſti. i. cõquæſti diu de fallacia eorum. ſ. philenorum: conati ſunt poſtremo diſcutere. i. diſſoluere iniuriam. ſ. ſibi & ſuis illatam: acerbitate conditionis. ſ. quam propoſuerunt eligendam. Namq; pro quia: ipſi dixerunt eum finem. ſ. ditionis: ad quem Carthaginen. peruenerant: fore. i. futurum eſſe: ratum. i. approbatum ſic. ſ. tali conditione: ſi phileni paſſi eſſent ſe obrui ibi uiuos: ſed euentus non reſpondit conſilio eorum: putabant enim philenos eam conditionem nequaquã accepturos. Conditio autem fuit ut retro cederent & ibi Cyrenen. obruerent: quia mori parati erant cum gloria: timentes ſibi mortem ignominioſam paratam domi ob tarditatẽ: aut ſi fines patriæ illuc uſq; extendi uellent illic obruerentur. Enim pro quia: illi. ſ. phileni: nulla mora interpoſita: tradiderunt his. ſ. cyrenenſibus corpora ſua operienda. i. obruenda terra: qui. ſ. phileni quia maluerunt terminos eſſe longiores patriæ ſuæ quã uitæ ſuæ: iacent bene. id eſt feliciter: imperio punico dilatato manibus & oſſibus ſuis. Vbi ſunt ſup. ple: modo alta mœnia Carthaginis ſuperbæ: ſcilicet quondam? Vbi ſup. ſunt portus inclyti gloria maritima. ſ. rerum in mari geſtarum? Vbi ſup. eſt nunc claſſis Carthaginenſium terribilis cunctis littoribus? Vbi ſup. ſunt tot exercitus? Vbi ſup. eſt tantus equitatus quantus olim fuit? Vbi ſup. ſunt ſpiritus. i. animi Carthaginenſium: non contenti. ſ. quondam: immenſo ſpatio Aphricæ: quia etiam Italiam ſuæ ditionis adiicere moliebantur. Reſponſio. Fortuna partita eſt omnia iſta duobus Scipionibus. ſ. maiori qui Carthaginem tributariam fecit: & minori qui eam diruit. At nequidem. i. non etiam interitus patriæ extinxit memoriam egregii facti Philenorum: Nihil eſt igitur excepta uirtute quod poteſt quæri. i. acquiri immortale. i. æternum: animo. i. animoſitate ac manu mortali: dico animo. i. animoſitate: quia animus pro mente & anima rationali immortalis eſt. ¶ Iuuenili &c. Hæc pietas. ſ. philenorum eſt ſup. plena ardore iuuenili: & ita præmaturo: uero pro ſed: Ariſtoteles. ſ. philoſophus ſtagyrites: uix cum: ideſt difficultate cuſtodiens reliquias ſupremæ: ideſt extremæ uitæ ſuæ: ſup. in membris ſenilibus ac rugoſis: in ſummo ocio litterarum: qui athenis philoſophabaẽ: incubuit: ideſt inixus eſt adeo ualenter pro ſalute: ideſt conſeruatione aut inſtauratione. ASCẽſius

custodiens: adeo ualẽter pro salute patriæ ĩcubuit: ut eã ab hostibus armis solo æquatã: ĩ lectulo athe niensi iacẽs: & quidẽ macedonũ manibus: quibus abiecta erat: eriperet. Ita urbs non tam strata: atq; euersa: Alexãdri: q̃ restituta aristotelis notũ ẽ op⁹: patet ergo q̃ benignæ: q̃q; profusæ pietatis erga pa triam omniũ ordinũ: omnis etatis homines extite rint: Sanctissimisq; naturæ legibus mirificorũ etiã exemplorum clara mundo subscripserit ubertas.

¶ De Parẽtũ amore & idulgẽtia ĩ liberos. C. VII.

Ed nũc uela pii affect⁹: & placidi: pa rẽtũ erga liberos ĩdulgẽtia: salubriq; aura ꝓuecta gratã suauitatis secũ do tẽ afferat. Fa. Rutilian⁹ qnq; cõsulati b⁹ sũma cũ gl̃ia pactis: oibusq; & uir tutib⁹: & uitæ meritis stipẽdiis: legat⁹ ire Fa. Gur giti filio ad bellũ difficile: & ꝑiculosũ conficiendũ grauatus nõ est: pene ipso ꝑ se dũtaxat aĩo sine cor pore militaturus. utpote ꝓp ultimã senectutẽ lectu li ocio: q̃ labori ꝑtiorꝝ habilior. Idẽ triũphãtis curꝝ equo ĩsidẽs seq: quẽ ipse puulũ triũphis suis gesta uerat: ĩ maxima uoluptate posuit. nec accessor glo riosæ illius pompæ: sed autor spectatus est.

OLI. ¶ Pro salute patriæ. Quæ stagyra dicebatᷓ. ⁋ Ita urbs nõ. i. magis noscitᷓ restitutã ab Aristo. q̃ ab Alexã. euersam. ut alii dicũt a Philippo: ergo plus laudis & gloriæ meruit Aristo. ĩ restituẽda pĩa: q̃ Alex. ĩ euertẽda. ordo igitᷓ est urbs ꝓstrata & euersa nõ tã notũ opus Alex. q̃ restituta notũ est opus Aristo. Plutar. in uita Alex. de hac euer siõe & restitutiõe sic ĩfit. Philippus accersit: cũctorũ illustrissimũ & clarissimũ atq; doctissimũ philosophorũ Aristote. ad eruditionẽ Alexã. pulchra qdẽ illi pro ipsius dignitate disciplĩæ ꝑtia cõstituẽs: euersã. n. a se Aristo. urbẽ Stagyrã ex ædificauit: ciuesq; cũ dissipatos tũ seruos restituit. Laertius uero in uita Aristo. hũc inqt tradũt in Macedõia apud Phili. uixisse: atq; ab eo Alex. filiũ erudiẽdũ accepisse: petisseq; ĩstaurari solũ primũ a Philippo euersũ: id ubi ĩpetrasse dedisᷓ se eis leges Pli. natu. hist. li. vii. cũ Thedas raper Aristo. philosophi patriã cõdidit: tantæq; rerum claritatis tam benignum testimonium miscuit.

Rutilianus ad filium legatus

Ed nũc uela. Postq̃ de pietate erga pa triã dixit: Nũc de parẽtum idulgẽtia dicturus pulchra utitur trãslatione a nautis sũpta. primũ aũt exẽplũ ẽ Fa bii Rutiliãi: cũ Fabius gurges cõsul aduersus sã nites male pugnasset & senatus de remouẽdo il lo ab exercitu cogitaret. Fabi. Rutilianus eius pr̃ deꝑcatus ẽ hãc filii ignominiã & eo maxie seatũ mouit q ĩturũ se filio legatũ pollicit⁹ ẽ: idq; ꝑsti tit eius cõsilio & opa. filius cõs. adiutus cæsis sãniti bus triũphauit. ⁋ Vela. Trãslatio ut dixi a nautis sũpta. ⁋ Gratã do. Munus gratiosũ. ⁋ Aura. Fauo re. ⁋ Quiq; cõs. Rẽ magis auget: nã quo pr̃e hono ratiorẽ fuisse oñdit: eo clemẽtiorẽ demõstrat: q se filii ĩpio submittere: & militiæ laborib⁹ dede re nõ dubitauerit. quo tpe qetẽ eius uita deposce bat. ⁋ Quẽ ip. pu. Dixius q ĩstitutum fuit apud maiores ne quis inter consulem & proximum li ctorem incederet præter paruulum filium.

ASCEsius ¶ Patriæ. s. stagyræ: ut ipse iacẽs ĩ lectulo atheni. in quo præ senio recubabat: eripet mãibus eqtũ macedonũ qbus erat abiecta. s. ĩ direptionẽ: eam æquãdã solo ab hostibus. s. Macedõibus: armis. i. ꝑ arma: aut legatᷓ ab hostilibus armis. ita. i. & sic: urbs. s. stagyra: nõ ẽ tã notũ. i. nobile opus Alex. s. uiatoris strata atq; euersa. i. q sterni & euerti po tuit: qa capta erat (aut si reuera euersa fuit sequamur posteriorẽ explanationẽ illius pro salute: ut sit nõ pro con seruatiõe sed pro ĩstauratiõe aut reparatiõe: ut etiã Oliue. ĩterpretatᷓ. Sed tũc occurrit: quõ eripuerit macedonũ mãibus si iam euersa ab eis fuerit? Quo circa dicã ut occepi: euersam dici posse: qa euerti potuit: & restitutã: qa ab euersiõe ꝑseruatã nisi Laertii & aliorũ q reuera euersam uoluerũt obstet authoritas) q̃. s. ẽ notũ opus Aristo te. restituta. s. ciuibus suis. Patet ergo (Epilogus qdã ẽ: & cõclusio capituli) q̃. i. quãtũ benignæ: quãq;. i. & q̃tũ etiã ꝓfusæ pietatis hoies oium ordinũ & ois ætatis extiterint erga patriã. s. suã: q̃tũ ubertas. i. fœcũditas etiã mirifi corũ exẽplorũ. s. eorꝝ q primos illos imitati sũt subscripserit. i. assensum ꝓbuerit (sicut q noia sua istro ascribũt in illo cõtẽtis assensum ꝓbuisse cõuincunt) clarissimis legibus naturæ. i. qs natura ꝑscripsit de charitate patriæ.

Ed nũc &c. Transit ad amorẽ parentũ in liberos: quẽ post supiores ponit: nõ q minor sit: sed qa ma gis naturalis est: & ideo minus difficilis: & minore ꝑtio dignus usq; adeo ut in lege diuina nõ sit cau tũ ut parẽtes liberos diligãt sed cõtra uerũ tamẽ qa ut apostolus dicit. i. Timo. v. Si quis suorũ & ma xime domesticorũ curã nõ habet fidẽ negauit: & est ĩfideli deterior: certũ est: curã liberorũ eẽ homi ni necessariã ad salutẽ. Est aũt ĩ prĩcipio uersus ĩteger forsan ex aliquo antiquorũ poetarũ deprõptus si sic legatᷓ. Sed nũc uela pii affectus: placidiq; parentũ. Quõ ab authore positũ putẽ aut in paucis ĩmutatũ ne uersus ee iu dicetᷓ. Ordo autẽ est. Sed idulgẽtia. i. facilis & mollis inclinatio parentũ erga liberos: afferat nũc uela. i. prosperã nauationẽ affectus pii & placidi: & ĩpa aduecta salubri aura (Vẽtis eñi & uelis fit facilis & copiosa nauigatio) af ferat secũ dotem suauitatis gratã. s. legentibus. ⁋ Fabius Rutilianus quinq; cõsulatibus peractis cũ summa glo ria: & omnibus uirtutibus & oibus stipẽdiis uitæ meritis. i. merito acqsitis ab eo: nõ est grauatus ire legatus tãq̃ minister Fab. Gurgiti filio. s. suo ad cõficiẽdũ. i. finiẽdũ: bellũ difficile & ꝑiculosũ: militaturus ꝑ se. i. q̃tũ posset absq; alterius subsidio: pene. i. q̃si ĩpo aĩo sine corpore: ut pote habilior. i. aptior ocio lectuli. i. ut in lectulo recu bet: q̃ labori ꝑliorũ: ꝓpter ultimã. i. extremã senectutẽ. Idẽ. s. Fabius Rutilianus insidẽs equo posuit. i. colloca uit ĩ maxĩa uoluptate seq currũ triũphãtis. s. filii sui Fabii Gurgitis: quẽ ĩpe gestauerat. s. ĩ ulnis paruulũ ĩ triũ phĩs suis. Nec spectatus ẽ accesor. s. tãq̃ socius aut particeps illius pompæ gloriosæ: q̃. s. filius ĩ triũpho duxit: sed auctor. i. augumentator: non enim cum filio aut proximus illi ingressus est sed post illum.

THE. ¶ Subscripserit ubertas. antiqui codi. habent clara mundo subscripta testantur.

OLI.

NOn tam speciosa. Cesetus eques Ro. tres filios habuit: quorum unus cum esset tribuni. plæb. Cæsarem iniuria lacessiuerat. Nam cum ludi celebrarentur. Marcus Antonius personam accepit ut quidam tradunt & inter saltationem coronam capiti Cæsaris imposuit cui rei pauci admodum qui ad ipsum uenerant applauserunt: reliqui mœsti conticuere omnes quod ubi sensit Cæsar id. s. displicuisse populo coronam abiecit: & populus lætatus est: tunc Cæsar dixisse fertur cupere se mori: q̄ tantam populo inuidiam contraxisset: peractis deinde ludis cesetus & Marulus tribu. plæ. Cæsarem affectati regni postularūt: Cæsar igitur iam rerū potitus cesetum iussit exhæredare filium sibi admodum inuisum reliquos se multis honoribus & bonis affecturū pollicitus: Cui cesetus se prius omnes amissurum q̄ unum ex his abdicaturum respondit qua indulgentia se pariter & filium seruauit: nam Cæsar ut clementissimus erat affectioni paternæ facile cessit. ❡ Non tam speciosa. Quia Fabius. uir patricius fuit: hic equestris ordinis. ❡ Abdicare. Patrimonio priuare & a bonis repellere. est eni abdicare: filiū a bonis expellere dum uiuit pater: exheredare uero post mortem. ❡ Diuini principis: Non sine adulatione hoc dicit: q̄uis inquit Cæsar clementia & benignitate præstaret: ut hūc hominem ita respondentem facile tulerit: cesetus tamen existimandus est rem maiorem ausum fuisse quā humano ingenio conueniret: cui enim totus terrarum orbis parebat ipse non cessit: tantū ualuit paterna indulgentia.

Abdicare Exheredare

❡ De Ceseto Romano.

NOn tā Ceseti speciosa equitis romani sors patria: sed par indulgentia: quia Cæsare omnium iam & externorum & domesticorum hostium uictore: cū abdicare filium suum iuberetur: quod is Tri. Pl. cū Marullo collega: inuidiam ei tanquam regnum affectanti fecerat: in hunc modū r̄ndere sustinuit. Celerius tu mihi Cæsar oēs filios meos eripies: quam ex his ego unū nota pellam mea. Habebat autem duos præterea optime indolis filios: quibus Cæsar se incrementa benignæ dignitatis largiturū pollicebatur. hūc patrē tāetsi summa diuini pricipis clementia tutū p̄stiterit: Quis tamē nō hūano ingenio maius ausum putet: quod cui totus orbis terrarum succubuerat: non cessit?

❡ De Octauio Balbo.

SEd nescio an Octaui⁹ Balbus cōcitatioris &: ardētioris erga filiū bn̄uolētiæ fuerit. p̄script⁹ a triūuiris cū domo: postico clā cēt egressus, iāq; fugæ expeditū initiū haberet: post q̄ itus filiū trucidari falso clamore uiciniæ accepit: ei se neci: q̄ euaserat obtulit occidendūq; militibus

SEd nescio an Octauius. patet historia per se. fuit autem hoc confecto bello ciuili: quod contra brutum & Cassiū cæsaris interfectores gestum est: cum debellaris reipublicæ passibus Octauianus: Antonius: & Lepidus Romāum inter se imperium sortiti suos quisq; inimicos scripserunt hic Balbus proscriptus cum ab inimicorum manibus p posticum esset elapsus: audita uicinorum uoce filii eius fortunam deplorantium existimans iam filium ab inimicis interceptum cogi fugiētis pœnas dare parentis: rediit in tectum ubi ante oculos filii quem preter spem ostendit incolumen crudeliter trucidatus est. ❡ Postico posteriore parte domus: unde Satyrus postico falce clientem.

Balbꝰ salutē filii suæ p̄posuit

ASCē/sius

A Eschyli poetæ.Hic primus tragœdia℞ scriptor fuit teste Quinti.q ait æschylus tragœdias primus in lucẽ ꝓtulit:Hor.quoq; in poetria psonæ pallæq; reptor honestæ Aeschylus modicis istruxit pulpi ta tignis.Et docuit magnũq; loq nitiq; coturno:floruit Athenis teste Gelio tpe Milciadis:anno ducẽtissimo sexagesimo post urbẽ cõditá cuius mors non ꝓfecto uulgaris fuit.ná cũ in loco aprico sederet expositus soli.uel ut alii dicũt eẽt.Aqla desup uolitans illi⁹ delusa caluicie:quá lapidẽ eẽ putarat: testudinẽ q̃ pedibus uncis gestabat. fracturá demisit in caput & clarissimũ poetá inaudita morte interemit.☞Aprico loco.Apto& soli exposito ná
Apricus locus apricus q̃si apricus hoc est sine frigore. apricis át locis senes delectant: ut aprici meminisse senes. ☞Elusa splẽdore capitis.Hoc est a caluicie:q̃ lapidẽ esse putauit:&ideo testudinẽ demisit in caput tanquam in lapidem ut fracto testudinis ostraco carne uesceretur.☞Illisit.Incussit.☞Origo& principium.quia fuit ut dixi tragœdiæ primus inuẽtor:testibus Quinti.& Oratio.

N On uulgaris ẽt Homeri.Cũ inter oẽs ferme scriptores magna sit de Homeri patria parẽtibusq; dissensio:de morte tñ cõuenit iter eos:q. dũ in Io insulá nauigasset:& in piscatores:q littoribus apulsi sese pediculis expurgabant:forte q̃dá incidisset q̃si uit ab eis nunq d haberẽt:uel ut alii dicũt qd illic agerẽt:erat.n.teste Cice.tusc.v.circa finẽ.cæcus: q obscure satis respõderũt:pdidisse qđ cœperant. qđ uero nõ cœpissent hẽe.uel ut alii dicũt:quod capimus pdimus qđ q̃rimus habemus:significabant át sese purgare pediculis & ita quos caperẽt pdere quos nõ cœpissent i uestimẽtis habere:qđ enigma cũ iterpͭtari nõ posset.nimio dolore cõfectus migrauit de uita.honorificentissime át a ciuibus sepultus fuit:& in illius sepulchro epigráma
Homeri Epitaphi incisum.Cõditus hoc tumulo uates diuinus Homerus:Graiorũ cecinit qui bene facta ducũ.

prehendant.uastas altitudines circunspiciant.tanquam magno apparatu: aut exqsita molitiõe opus sit:ut corporis:atq; aĩ ĩfirmo uiculo cohærẽs societas dirimatur.Nihil ho℞ Coma sed intra pectus inclusa aĩa finem sui reperit. Enimuero minimo studio retinẽdũ bonũ: cuius caduca possessio tam leui afflatu uiolentiæ concussa dilabi potuit.

ℂDe Eschylo Poeta.

E Schyli uero poetæ excessus quemadmodum non uoluntarius: sic propter nouitatem casus referẽdus. In Sicilia mœnibus urbis in qua morabat̃: egressus aprico in loco resedit:super quem Aquila testudinẽ ferẽs: elusa splẽdore capitis(erat.n.capillis uacuum)perinde atq; lapidi eá illisit:ut fractæ testudinis carne uesceret̃. eoq; ictu origo: & principium fortioris tragœdiæ extinctum est.

ℂDe Homero poeta.

N On uulgaris etiam Homeri mortis causa fertur: qui in insula: quia quæstionem a piscatoribus positam soluere nõ potuisset:dolore absumptus creditur.

De tpibus & uita tã incerta ferunt̃ ab auctoribus:ut de his tacere satius esse existimen q̃ tam dubia referre.☞Quæstionem a piscatoribus positam. Sequitur opinionem corũ q dicũt nõ interrogatos piscatores qd haberent ultro quæstionem proposuisse.s. uenamur bis quinis catulis qđ capimus perdimus quod q̃rimus habemus.constat autem ut diximus teste Cicerone Homerum fuisse cæcũ.
ASCẽsius ℂCircũspiciant altitudines uastas : idest ualde amplas unde se præcipitent:tanq̃ opus sit magno apparatu aut molitione exquisita:idest singulari conamine ut societas corporis atq; animi in qua uita consistit cohærens uinculo infirmo:dirimatur:idest dissoluatur Coma aut Comes:nihil horum sup.quæsiuit:sed repperit finem sui anima sup.sua:idest anhelitu inclusa intra pectus ita ut non respiraret.sed suffocaretur.Enimuero: idest certe: bonum:scilicet uitæ nostræ cuius possessio tam caduca potuit dilabi:idest perire:concussa tam leui: idest modico afflatu uiolentiæ compresso:scilicet anhelitu:est sup.retinendum:idest dignum ut retineatur minimo studio:idest conamine.☞Eschili &c.Vero.i.sed:queadmodum excessus.s.e uita hac:eschili poetæ:scilicet tragici: non sup.fuit uoluntarius:ut:scilicet superiorum fere:sic ipse est referendus.i.dignus ut referatur propter nouitatem casus.Egressus mœnibus urbis in qua morabatur in sicilia:resedit.i.locum qetis accepit:in loco aprico.i. soli exposito & nulla umbra tecto:super quem aquila ferẽs testudinem elusa splẽdore capitis(erat enim uacuũ capillis)illisit eam.i.testudinem.i.concham marinam sup.capiti eius.i.demisit eam in caput eius; perinde atq; lapidi.i.putás eam deiicere in lapidem:ut uesceretur carne testudinis fractæ(ubi scies in piscibus & pomis qđ pulposum est etiam carnem dici)& eo ictu est extinctum principium & origo fortioris tragœdiæ:idest Eschilus ipse tragicus:& tragicorum princeps.☞Non &cæ.Causa etiam mortis Homeri:scilicet poetarum principis: fertur non uulgaris qui creditur absumptus dolore:in insula:scilicet Ionia:quia non potuisset soluere quæstionem propositam a piscatoribus:cum enim cæcus esset & propter poeticam artem uim uaticinandi habere crederetur:& a duce suo percunctaretur quosnam in littore audiret:illeq; respondisset nautas esse:ad illos pductus quidnam agerent percunctatus est tum illi rem inquiunt tibi ueram dicemus sed ænigmate perplexam quam dissolues si poteris:uenamur enim in proximis siluis quinis canibus & quicquid capimus amittimus aut perdimus continuo quod nos effugit retinemus: de uermibus:scilicet capitis locuti:quos quinq; digitis uersequebantur.quá rem cum tantus uates intelligere non potuit inuestigando extinctus est.Sunt qui dicant unum ex illis dixisse.In siluas pgo uenatum cum cane quino; Quod capio perdo quod fugit id teneo. sed tales uersiculi pro captu cuiusq; possunt fingi:cum constet græce locutos qui ænigma proposuerunt.

Ed atrocius aliq̃to. De euripide satis supra dictum est in capi. de fiducia: quod uero ad eius mortem pertinet sic breuiter Gelius tradit lib. xv. capitu. ii. cum in Macedonia apud Archelaum regem esset: uteretur q; eo rex familiariter rediēs nocte ab eius cœna canibus a quodam æmulo immissis dilaceratus est: & ex his uulneribus mors secuta est: sepulchrum autem eius & memoriam eo dignati sunt honore ut in gloriæ quoq; loco p̃dicarent ου ποτε σι μνημα γ' ευπιλιτ ολοιτοτου quod egregius poeta morte obita sepultus in eorum terra foret quamobrem cum legati ad eos ab atheniensibus missi petiissent ut osia athe OLI. Euripidis fatum

De Euripide poeta.

Ed atrocius aliquanto Euripides finitus est. Ab Archelai. n. regis cœna i Macedonia domū hospitalē repetēs: canū morsibus laniatus obiit. Crudelitas fati tāto īgēio nō debita. sicut illi excessus illustriū poeta⁊ & morib⁹: & opibus indignissimi.

De Sophocle.

Ophocles ultimæ iā senectutis: cum i certamen tragœdiam dimisisset: ancipiti sentētiarū euentu diu solicitus: aliquando tamen una sententia uictor: causam mortis gaudium habuit.

De Philemone.

Hilemonem autem uis risus immoderati abstulit: paratas ei ficos atq; in conspectu positas Asello consumente: puerum ut illum abigeret: inclamauit. qui cū iam comestis omnibus superuenisset: quoniam inquit tā tardus fuisti: da nunc merū Asello. Ac protinus urbanitatē dicti crebro anhelitu cachinnorum prosecutus: senile guttur salebris spiritus prægrauauit.

nas in terram illius patriam permitterēt transferri: maximo consensu Macedones in ea re denegan da perstiterūt. Archelaus uero rex audita tam indigna morte poetæ q̃ primum iussit capillos sibi & barbam resecari in signum doloris. ⁋ Archelai. Qui Alexandro successerat in partē regni. ⁋ Crudelitas facti. Deplorat quodāmodo Valerius indignam poetæ mortem & eorum pariter qui sequuntur.

Ophocles ultime iam senectutis Hic ut diximus tragœdiarū scriptor clarissimus fuit: q iam exactæ senectutis cum cæteris poetis in certamen descēdit & compositam tragœdiam in medium protulit: sed cum esset cum solo relictus cuius uis ingenii disputationis euentum faceret incertum: diu sollicitus tandē una sententia superior euasisset: nimio uictoriæ successu exultans confestim præ nimio gaudio periit. Pli. lib. vii. natu. hi. Gaudio i quit periere præter chilonem: de quo diximus: Sophocles & Diony. Siciliæ tyrannus uterq; accepto tragicæ uictoriæ nuncio: de hoc alio loco: Sophocle tragici cothurni principem defunctum sepelire: liber pater iussit obsidentibus mœnia lacedæmoniis. Lysandro eorum regi iquit te sæpius admonito: ut pateretur humari delicias suas requisiuit: rex qui supræmū diem athenis obisset nec difficulter ex his q̃ deus significasset itellexit pacemq; funeri dedit. ⁋ Vltime iam sene: Vtpote annorum ferme centum: ut propterea nulli mirū esse possit in ea ætate subito periisse. ⁋ In certamine tragœdiam dimisisset. Cum certaret de tragœdia cum aliis sic mos erat antiquorum: ut melioribus scriptoribus præmia darentur. ⁋ Ancipiti sententiarum euentu. quid: scilicet iudicaturi essent iudices nam poetæ inter se pares sententiis esse uidebantur: & ideo incerti erant: quis eorum futurus esset superior. Poetarū certamen

Hilomenem. Ridicula satis mors philomenis: qui cum uidisset asellum sibi paratas ficus edentem abigiq; inde iussisset id serius faciente puero: cum nunciasset ficus omnes asellum deuorasse: da potum inquit illi optimum merum: quo ioculari dicto: nimio risu cōcitatus uitam exhalauit. ⁋ Abigeret: & proprie dixit: nam abiguntur aues: & pecora. ⁋ Cachinorum. Cachinus immoderatus risus dicitur. Persius: Rides cum tibi calue pinguis aqualiculus propēso sex qui pede exter: Quid faciā: sed sum petulanti splene cachino: & Iuue. ridens maiore Cachino concutitur. ⁋ Salebris. asperitatibus uel amaritudine. Abigere

⁋ Sed euripides etiam tragicus poeta: finitus est atrocius aliquanto: repetens enim domum hospitalem in macedonia: id est qua utebatur in macedonia: ab mensa Archelai regis obiit laniatus morsibus canum. Crudelitas fati: id est mortis non fuit debita tāto ingenio: quantum erat Euripidis. Sicut illi: scilicet sequentes excessus poetarum illustrium: id est clarorum moribus & operibus: sup. fuerunt indignissimi. ⁋ Sophocles iam ultimæ senectutis cum dimisisset tragœdiam: scilicet a se compositam: in certamen: id est contentionem de laude cum aliorum tragœdiis: sollicitus diu ancipiti euentu sententiarum quia nunc plures nunc pauciores habuit secundum se sententias: aliquando: id est tandem tamen: uictor: id est uoti compos: una sententia: id est per unā sententiam quam pro se supra alios habebat (non enim intelliges q᷑ una duntaxat pro illo fuerit sententia. sed una plus quam aliis) habuit gaudium causam mortis: quia præ nimio gaudio expirauit suffocato: scilicet intus spiritu o: clusis præcordiis. ⁋ Philomenem & cætera. Autem: id est sed uis: id est uiolentia risus immoderati sustulit: scilicet e numero uiuentium Philomenem. Enim: id est quia asello consumente ficos paratas atq; positas in conspectu: scilicet eius inclamauit puerum: id est ministrum suum ut abigeret illum: scilicet asellum: qui: scilicet puer cum superuenisset omnibus: scilicet ficis iam comestis ab asino: inquit quoniam fuisti tam tardus da nunc asello merum: id est purum uinum ut bibat ne illi ficus noceant qui bibentibus aquam nocere solent: ac p̃tinus prosecutus urbanitatem dicti crebro anhelitu cachinorum: id est profusorum risuum prægrauauit guttur: scilicet suum senile: salebris: id est asperitatibus spiritus anhelitus ipsum suffocantis. ASCēsius

OLI. Pidari mors

AT Pindarus. Hic lyricus poeta fuit oium suo tpe pstātissimus uel certe Q uīti. teste: nouē lyricoꝵ lōge priceps magnificētia sententiis figuris beatissima reꝵ uerborūq; copia ueluti quoddā eloq̄ntiæ flumen. quē Hora. dicit nulli qdē imitabilē eē legit: q̄ cū Alexāder magnus thebas cœpisset urbēq; illā diriperet ac ciues sub corōa uēderet: soli Pidaro eiusq; familiæ pp igēii nobilitatē egregiāq; doctrinā parci iussit: cuius mors minime uulgaris fuit. cū. n. ludos spectaret & p lassitudie spectaculi somnograuatus in gremio cuiusdā pueri: cuius studiosissimus erat caput depoluisset: nō prius decessisse cognitus ē q̄ peractis ludis gymnasii princeps iuberet oēs exire & frustra pidaꝵ excitasset. Quippe q i æternā clausisset lumina morte. ꝩ Cui qdē. Credideri sqt Vale. benignissimos deos huic poetæ & i carminib⁹ ædēdis eloq̄ntiā & placidū uitæ finē dedisse. Pli. dicit lib. vii. na. hist. Alexādrū magnum cū thebas raperet iussisse pindari uatis familiæ penatibusq; parci.

Anacreontis mors

SIcut Anacreōti. Hic. T. eius pria Lyrici carminis poeta cuius meminit Oratius lib. iiii. odaꝵ nō aliter samio dicūt arsisse batyllo Anacreōta Teiū q p sæpe caua testudie fleuit amorē. pari rōne Ouid. li. tristiū. ii. Quid nisi cū multo uenerē cōtēnere uino. Præcepit Lyrici Teia musa senis: Hic igit cū iā exactæ senectutis eēt: qppe q secundū degeret. Cū seniles uires succo passæ uuæ reficeret. unius acino q faucibus ihercs nec demitti nec reuocari posset gutt pmēte suffocat⁹ obiit. Pli. na. hi. li. vii. Anacreō iqt poeta acino uuæ passæ. s. piit. itē ut Fabius senator ptor i lactis hastu uno pilo strāgulatus. ꝩ Sic anacreōti. Cū supiori cōiungit credidetrim deoꝵ bēignitate tm̄ Pidaro fuisse tributū sic crediderim Anacreōti. Humāæ uitæ modū supergressum. Quia secūdā iam agebat ætatē. ꝩ Aridis faucibus. Siccis & naturali humore carentibus.

ℭ De Pindaro.

AT Pidar⁹: cū i Gymnasio sup gremiū pueri: quo unice delectabatur: capite posito qeti se dedisset: nō prius decessisse cognitus ē: q̄ Gymnasiarcha claudere eū iā locū uolete: nec qcq̄ excitaret. Cui qdē crediderī eadē bēignitate deoꝵ: & tm̄ poeticæ facūdiæ: & tā placidū uitæ finē attributum.

ℭ De Anacreonte.

SIcut Anacreōti quoq;: quē bis tm̄ hūanæ uitæ modū supgressū: dū passæ uuæ suco: tenues & exiles uiriū reliqas foueret: unius grani ptiacior i aridis faucib⁹ huor assūpsit.

ℭ De Milone Crotoniate.

IVngam illos quos & propositum: & exitus: pares fecit. Milo Crotoniates: cum iter faciens quercum in agro cuneis adactis fissam uidisset: fretus uiribus: accessit: ad eam: insertisq; manibus diuellere conatus est: q̄s arbor

Milonis exitium

IVnguā illos quos. Duos subiūgit qui eiusdē ppositi & exitus fuerūt. Milonē Crotoniēsem & polidamū athletā. De Milōe Gelius noctiū atticaꝵ lib. xv. ca. xvi. Milo Crotoniēsis iqt athleta illustris quē i cronicis scriptū ē O ipiade pxia coronatū eē: exitū hūit uitæ miserādū cū iā natu grādis artē athelicā deseruisset iter faceret: forte solus in locis Italiæ siluestribus q̄rcū uidit pxime uiā patulis i pte media ramis hiantē. tū expiri uolēs credo etiāc an ullæ sibi reliq uires adessent imissis i cauernas arboris digitis deducere & rescidere q̄rcū cōatus ē: ac mediā qdē ptē discidit diuellitq;: q̄rcus āt i duas deducta ptes: cū ille: q̄si pfecto q erat cōnix⁹ māus laxasset cessante ui rediit i naturā māibusq; ei⁹ retētis iclusisq; stricta dēuo & cohærēs dilacerādū hoiem feris pbuit: Solinus de mēorabilibus mūdi i capi. de hoie Milonē quoq; iqt crotoniēsem egisse oia supra q̄ hō ualet ēt hoc pdit q ictu nudæ māus tauꝵ fecit uictimā eūq; solidū q̄ mactauerat die absūpsit sol⁹ nō grauati sup hoc nihil dubiū: nā factū elogiū extat. Victor ille oium certaminū obiit Ci. i Catōe maiore Quæ. n. uox pōt eē cōtēptior q̄ Milōis crotoiatæ: q cū senex eēt. iā athletas se i curriculo exercētes uideret aspexisse lacertos suos dr̄ illachrymāsq; dixisse: at hi qdē iā mortui sunt. Hūc Milonē tātæ fortitudinis fuisse uicit Pli. li. vii. na. hi. ut cū cōstitisset nemo eū uesti gio educere posset. Malum tenenti nemo digitū corrigere: cucurrisse milecentū. lx. stadia ab athenis lacedemonem biduo. Stra. uero libro. vi. dicit hunc Pythagoræ discipulum fuisse: & cū forte columna quandoq; in philolophorū cōtubernio laboraret Milonem subeuntem saluos reddidisse uniuersos: deindeq; seipsum extraxisse quo membrorū robore fretum uite subuersionem offendisse eo genere mortis quo supra monstratum est.

ℭ At Pindarus lyricorū poetaꝵ clarissimus cū dedisset se qeti capite posito sup gremiū. i. cōplexū sœmoꝵ pueri quo delectabat unice. i. singulariter: nō prius est cognitus decessisse. s. ex hac uita: q̄ gymnasyarcha. i. principe gymnasii (prius aūt gymnasiarchū dixit) uolēte iā claudere locū: excitaret neqcq̄. i frustra: qa iā mortuus erat. Cui. s. Pindaro qdē. i. certe: uel egoqdem crediderim. i. facile crederē attributū eadē benignitate deoꝵ &. i. simul tātum. i. tātā copiā facūdiæ poeticæ: & tā placidū finē uitæ: A q̄li tamē (si qdē nō caste amarit puerū) liberet nos dominus. ꝩ Sicut sup. atributū crediderim quoq;. i. etiā Anacreonti. s. poetæ lyrico teio patria: quē supergessum bis tantū modū. i. mēsurā humanæ uitæ: hoc est bis septuaginta annos: dū foueret tenues & exiles. i. modicas reliquas uirium. s. suarum: succo uuæ passæ: racemum uulgus uocāt humor aut forte tumor unius grani pertinacior: id est inherentior perseuerantior quam utile erat: in faucibus aridis: absūpsit. i. strangulauit. ꝩ Iungam illos quos & propositum: id est īstitutio uitæ (uulgo intentio dicit sed a doctis in eo significato nescio an usquam legatur: cum sit corroboratio & auctio) & exitus fecit pares quia talem uitæ exitum assequuti sunt qualem factis suis proposuisse sibi uisi sunt. Milo crotoniates: id est cuius patria erat Croton urbs italiæ cum faciens iter id est deambulans uidisset quercum in agro fissam cuneis ad actis: sunt qui ui uentorum fissam dicant: accessit ad eam: scilicet quercum: fretus. i. confisus & munitus uiribus & conatus est diuellere. i. in duas partes distrahere māibus iniectis: scilicet in fissuras. quas. s. manus arbor. s. quercus dicta: reuocata in suā naturā. i. pristinū sitū.

¶ Cuneis adactis. Infixis cuneis. nã cũ agrestes qrcũ scindere voluissent cuneos adegerãt & eos i qrcu relinqrãt. est ãt cuneus instrumẽtũ ligneũ q definit in latitudinẽ acutã in supiore parte crassum & obtõlum: quo scinduntur arbores. Vir. Et cuneis scindebãt fissile lignũ: dicit etiã cuneus multitudo in unũ collecta. Atq; ori do militum i modũ cunei factus. Gelius uero dicit arborẽ fuisse patulis ramis hiantẽ nõ cuneis scissum: In suã naturã reuocata. Cũ rediisset i seipsam sicq; se clausisset ac si solida extitisset. ¶ Cõpressit. Constrinxit: ita ut eas educere posset. ¶ Tot Gymnicis palmis. Tot uictoriis qs i Gymnasio certãdo reportauerat: nã ut diximus athleta fortissimus fuerat qui in omnibus agonibus uictor euaserat.

Olj. Cũei, quid

excussis cuneis i suã naturã reuocata cõpressit: eũq; cũ tot Gymnicis palmis lacerãdũ feris præbuit.

¶ De Polydamante

TE Polydamas athleta tempestata speluncã subire coactus: nimio & subito incursu aq̃ labefacta ea: ac ruẽte: cæteris comitib⁹ fuga piculũ egressis: solus restitit: ráq̃ humeris suis totius ruinæ molẽ sustẽtaturus. sed põdere oi corpore humano potẽtiore pressus: imbribus petitã latebram: dementis fati sepulchrũ habuit.

POssunt ii præbere documẽtũ nimio robore mẽbrorum: uigorem mẽtis hebescere. quasi abnuẽte natura utriusq; boni largitionẽ ne supra mortalẽ sit felicitatẽ: eundem & ualentissimum esse: & sapientissimum.

¶ De Cupiditate uitæ. Caput. XIII.

VErũ qa excessus e uita & fortuitos: & uiriles: quosdam ẽt temerarios orone attigimus: subiiciamus nũc æstimatiõi enerues: & effœminatos: ut ipsa comparatione pateat: quanto non solum fortior: sed etiam sapientior mortis interdum: quã uitæ sit cupiditas.

TEm Polydamas. Pari ratiõe polydamus stultæ uiriũ suarũ fiduciæ pœnas nõ uulgari morte pependit: q cũ aliis iter faciẽs orta tempestate proximam speluncam subire coactus: concussa & labefactata aquarũ impetu speluncã cæteris fugientibus cum ruitura uideret solus remãsit. fretus uiribus suis q tantã ruinæ molem humeris sustentare posset: sed opinionem frustratus est. potentior enim humana uirtute ruina illum temere tenẽtẽ obruit. ¶ Dementis fati. Stultæ mortis.

Poly damã tis sco cussi

POssunt hi præbere documentum. Forsitan quæreret aliquis quid conferant horum exempla hoc uidelicet ut homines intelligant nunq aut raro nimiam corporis fortitudinem cum animi sapientia fuisse coniunctã: ut q supra uires humanas fortis idem & sapiẽs fuerit. hæc. n. duo in eodẽ corpore iungi natura negauit: recte igitur dixit ille cũ uiribus corporis sapiẽtiam esse iungendã. sic uirum fortẽ recte haberi posse. ¶ Vigorem mẽtis. Sapiẽtiam q̃ in ingenii uiuacitate cõsistit. ¶ Vtriusq; boni Sapiẽtiæ & fortitudinis. ¶ Supra humanã fœlicitẽ. Qui hæc duo cõsecutus ee uideret ẽẽt humana cõditiõe fœlicior. hoc igit hoi natura negauit.

VErũ quia excessus e uita. Damnat hoc capitulo molles & effœmiatos homines qui uitæ cupiditate ducti cum honeste mori potuerit maluerũt aut turpiter superesse: aut ab aliis occidi. q̃ sibiipsis mortẽ inferre. ¶ Fortuitos. Qui casu quodã cõtigerũt ut tullio. ¶ Et effeminatos. ut Aeschili. ¶ Viriles: Vt caruli & comæ. ¶ Temerarios. Vt crotoniatæ: & Polidami.

Casus uarii

¶ Benignitate deorum. Nam Pindarus hoc a diis immortalibus optauit ut est apud suidam. puero nomẽ fuit Theoxeno. ¶ Polydamus Athleta. Ianus ex pausania suidæq; monmentis autumabat esse legendum polydamas: is athleta pancratiastes ex oppido Thessaliæ scotussa fuit oppressusq; speluncæ ruina est: quam si Valerium sequimur hymbris: si Pausaniam suidamq; æstus uitandi causa subierat.

THE.

¶ Cuneis excussis. i. a Milone partes ambas aliquantulum distrahente: compressit: id est conclusit intra fissurã illam: & præbuit eum lacerãdum feris: quia nemo auxilio uenit & ipse discedere nequiuit cum tot palmis: id est corõis gymnicis. i. quas e gymnasiis uictor reportauerat: nõ q eas i capite hẽret: sed q is eẽt q sæpe uiros fortissimos uicerat. ¶ Itẽ Polydamus (q̃ uox dicit multorum domitorẽ: sed qs hic fuerit cõmẽtarii nõ edunt: nõ. n. de polydamãte phrygio cuius Persius meminit itelligi põt) athleta. i. pugil coactus subire. i. subintrare speluncã tẽpestate. i. pp uiolẽtiã ibriũ & tonitruũ: q̃ necessitatẽ Maro sic applicat. Speluncã dido dux & troiãus eãdẽ Cõ ueniunt) ea. f. spelunca labefacta ac ruente nimio & subito incursu aquæ cæteris comitibus egressis piculũ fuga. i. per fugã solus. f. polydamas: restitit. i. permãsit stans: tãq̃ sustentaturus humeris suis: molem. i. pondus: totius ruinæ. i. partẽ speluncæ ruituræ: sed pressus: non oppressus: põdere potẽtiore. f. ad opprimẽdũ oi corpore humano ad resistendũ: habuit latebrã. i. speluncã petitã: imbribus. i. propter ibres sepulchrũ fati demẽtis. i. mortis p dementiã initæ: quia nũq aliud fortius est sepulchrũ: Quocirca ut etiam in rusticorũ uersatur adagio: Optimi natores: optimi scãlores: robustissimi quiq; suis uiribus primi: suis artibus & peũt fere unde addit author. Ii. s. iam dicti: possunt præbere documentum. i. per seipsos docere uigorem mentis hebescere. i. hebetem heri & obtundi: nimio robore mẽbrorũ: q̃si natura abnuente. i. refugiente & recusante sup. uni & eidẽ largitionem utriusq; boni. i. prudentiæ omni & uirium corporis: ne sit supra felicitatẽ humanam esse & ualentissimum & sapientissimum. In quam sententiam extant etiam uulgares uersiculi rara sub immenso prudentia corpore regnat Rarior exiguus conspecta modestia mẽbris. Quod uno uersiculo etiam sic explicatur. Raro breues humiles sunt aut longi sapientes. Sed eiusmodi ut authore carent: ita & fide.

ASCẽ sius

Erum qa attigimus oratione. i. narratiõe excessus e uita. i. migratiões hoium ab hoc mũdo i alteꝝ ut

dicũt:& fortuitos.i.iopiatos & uiriles.i.foriter obitos:& quosdá ét temerarios ut Milõis & Polydamátis. Subijciamus nũc existimationi.i.iudicio legẽtiũ:sup.exitus uitæ enerues.i.sine uiribus:& effœmiatos.i.molles & effractos: Vt pateat i ipsarũ cõparatione.s.eoꝝ q fortiter morté oppetierũt & q turpiter fugerũt: quáto cupiditas mortis q̃ uitæ:sit iterdũ nõ solũ fortior:sed etiá sapientior.Iudicio qdé authoris q gentilé seqtur æstimationé,

ℭDe Marco Aquilio.



Arcus Aquilius:cum sibi gloriose morté consciscere posset:Mithridati maluit turpiter seruire : qué quis nõ immerito dixerit pontico supplicio: quam Romano imperio digniorem.quoniam commisit: ut priuatum opprobrium plublicus rubor existeret.

ℭDe Cneo Carbone.



N.quoq; Carbo magnæ uerecũdiæ é latinis ãnalib⁹ tertio i cõsulatu suo iussu Põpeii i Siciliá ad suppliciũ ductus : petiit a militibus demisse & flebiliter ut sibi aluũ leuare: priusq̃ expiraret ;liceret . quo miserrimæ lucis usu diutius frueret : eousq; morá trahens:donec caput eius sordido i loco sedẽtis absciderer: ipsa uerba tale flagitiũ narrantis secũ luctát . nec silẽtio amica: quia occultari non merentur: neq; relatione familiaria:quia dictu fastidienda sunt.

OLI. 

Arcus aquilius Ariobarzanes a tygrane iussu Mithridatis capadocia pulso Romá euenit : & eodé tépore mortuo Nicomede filius eius Nicõedes a Mithridate pellit regno: q cum.& ipse supplex Romam uenisset : decernitur in senatu ut rex uterq; restituat in regnũ quá ad rem missi sunt.M.Aquilius & Mállius legati q cum parato exercitu cum aduersus Mithridatem infœliciter pugnassent captus aqlius maluit in seruituté regis uenire q̃ fortiter pugnádo aut sibi morté iferédo gloriosæ interire.⁋Nõ qs merito dixerit.uitupat huius hominis uitæ cupiditaté q dignior fuisse uidet ut a Mithridate rege põti suppliciis afficeretur quá hunc magistratũ regeret quádoqdem suo ipsius dedecore senatus Po.q;.Ro.dignitatem polluerit.

Carbo uitæ cupidus

Neus quoq; Carbo.Historia Carboni notata é i capitulo de gratitudine ubi ostẽdimus illũ. Qu. Põpeiũ uictũ & morti destinatum cũ duceret ad suppliciũ uitæ cupiditate motũ breue tps orasse tantisper dũ exoneraret uentré:de quo Cicero.i epistolis familiaribus libro nono mẽtioné facit & eũ cũ fratre scurrá appellat. Sciẽdũ é aũt duos fuisse carbones alteꝝ marianæ partis q cũ Mario cinna & Sertorio romam occuparũt & mortuo Mario cõsul factus est cũ Iuniore Mario q multa fœda in urbe facinora cõmiserũt de hoc Carbone nũc loqtur Vale. Alteꝝ uirũ senatoriũ syllanæ partis quem Carbo superior cũ aliis quibusdá senatoribus in curiá uocatũ crudelissime trucidauit:de quo Orosius libro qnto.Damasippus inquit pretor incitante.C.Mario consule.Quintũ Scæuolam.C.Carbonem.L. Domitium in curiá quasi consultádum per Antistion uocatos crudelissime occidit corpora interfectorũ per carnifices unco tracta atq; in tyberim missa sunt: de fratre huius Carbonis diximus supra in capitulo de seditione.⁋Latinis annalibus: Cronicis Po.R. Nam cronicas græci dicũt quos annales latini uocant:sunt autem libri in quibus annua gesta:& magistratus describebant & sæpe pro historiis ponunt. Virgi.Et uocat annales nostroꝝ audire laborũ.⁋Demisse:Suppliciter & demisso uultu.⁋Morá trahens: Adeo uitæ cupidus erat ut etiam in exonerádo uentré diutius imoraret adeo ut eo ipso loco in quo sordido sederet ab iratis militibus occideretur.⁋Vix uerba tale flagitiũ : Hoc inquit flagitium nec dicendum propter turpitudinem;nec tacendum propter repræhensionem esse uidebatur:res igitur secum luctatur.quodammodo:& certat quæ hinc tacenda sit.⁋Nec silentio amica : Quia nullo modo tacendum sit cum repræhensionem mœreatur. ⁋Relatione familiaria:Quia propter turpitudinem uidebatur occultandum.

ASCẽsius

ℭMarcus Aqlius legatus in exercitu Romano: cũ posset cõsciscere.i.cõcitare & inferre sibi morté gloriose.i. cũ gloria(errore illo uetere Romanoꝝ cũ uera gloria ex iniquo ope nõ surgat: iniquũ auté esse animá eiicere q̃ nobis eius cõditor deposito cõmisit nemo sanæ mẽtis inficias ierit)maluit seruire turpiter .i.se dedere Mithridati .s.regi põti.Qué qs dixerit nõ imerito digniore supplicio põtico.i.cui inferat a rege põti suppliciũ(unde digni dicũtur tá malo q̃ bono:q alterutrũ meruerũt)q̃ iperio Ro.i.q p̃sit illi : quoniá cõmisit ut existeret.i. euaderet & fieret opprobriũ priuatũ.i.in sua psona:& rubor publicus q legatus Romáus ipatorio múere ifeliciter functus seruiret:aut ut priuatũ opprobriũ ei⁹ existeret rubor pub.⁋Cnæus quoq; Carbo é ãnalibus latinis.i.libris cõtinẽtib⁹ res gestas & magistratus latinoꝝ & p̃cipue Romáoꝝ dictis ab annis q pannuos magistratus discernebant ;magnæ uerecũdiæ. Qui sup.in tertio cõsulatu suo ductus i sicilia.i.cũ esset i sicilia(náut Rõa in siciliá duceret nõ est uero simile:nõ é igit legẽdũ in siciliá)ad suppliciũ.s.ultimũ iussu Põpei.s.qnti: petiit demisse:id é abiecte ac hũiliter & flebiliter a militibus ut liceret sibi leuare.i.euacuare aluũ.i.egerere priusq̃ expiraret ; quo: id est ut frueret diutius usu miserrimæ lucis : id est uitæ huius: trahens eo usq; morá donec caput eius sedẽtis in loco sordido:id est in egestorio:seu super latrinas:abscinderet(in qua re magis dánanda uidet crudelis militum acceleratio q̃ miseranda Carbonis precatio:potuit enim culpa uacare si non auiditate uitæ sed ut honestius caderet nec inter cadendum aluum leuaret id petierit. Verum id author non imerito in eo reprǽhendit q auiditate ductus cum ad leuandum uentrem secessisset tantá illic moram traxit:ut militibus necessarium pene fuerit illic sedenté obtruncare:quod quia turpe est addit)ipsa uerba sup.mea aut cuiuscunq; narrantis tale flagitiũ id est turpem pusillanimitatem: luctantur secum.quia dici nolunt & taceri non possunt:utpote:nec amica silentio:quia non merentur occultari:neq; familiaria:id est plausibilia relatione : id est dum referuntur:aut cõgrua relationi.quia fastidienda sunt dictu:id est dum dicuntur: Pudet enim talia dicere: sed locus exigit ut dicatur.

¶De Bruto.


Vid Brutus exiguum & infelix momentū uitæ: quanto dedecore emit? qui a Furio quem ad eum occidendum Antonius mi serat: comprehensus: non solum ceruicem gladio subtraxit: sed & constantius eam præbere ad moni tus: ipsis his uerbis iurauit. Ita uiuā? dabo cuncta tionē fati ærumnosam. O iurandi stolidā fidem. sed hos tu furores imoderata retinendi spiritus dul cedo subiicis. sanæ ratiōis modū expugnādo: q̄ ui tam diligere: mortem non timere præcipit.

¶De Xerxe Rege.


Adem Xerxem regem pro totius Asiæ ar mata iuuentute: et quod intra centū annos esset obitura profundere lachrymas coe gisti: qui mihi in specie aliena: reuera suam condi tionē deplorasse uidet: opū magnitudine: quā al tiore aī sensu felicior. Quis enim etiam mediocri ter prudens mortalem se natum fleuerit?

OLI. Bruti mors parū uirilis


Vid Brutus exiguum. Hic ille Decius Brutus est qui bruti Cæsaris interfectoris partes secutus cum deuictis illius partibus fugiens in latebra se contulisset. Terentius eius amicus persecutoribus la tebras explorantibus ultro se obtulit Brutū professus ut illum a morte liberaret cujus uoce cognita Brutus iste eductus: & iussus ceruicem extendere gladio non solum retraxit: sed etiam iurauit ita ui uam: dabo fati cunctationem erumnosam: non potuit planius ostendere uitæ cupiditatem: sunt qui dicant hūc esse Decium illum Brutum ad quem Cicero. librum scripsit de quæstionibus tusculanis & de paradoxis. Sene ca tamē in epistola .lxxxii. Huic attribuit quæ de carboe dicta: sunt dicit enim mors illa quæ in ca tone gloriosa est in Bruto turpis & erubescenda: hic est enim Brutus qui cum peritus mortis mo ras quæreret ad exonerandum uentrem secessit: & uocatus ad mortem iussusq; præbere ceruicem præbeo inquit ita ut uiuam. ¶ Ita uiuam. Iurantis est. ¶ Dabo cunctationem fati erumnosam. Tam diu mortem prorogabo quo ad uerba pronūcia uero: nā iurauit se tā diu uicturum quousq; illa iurisiurandi uerba proferret: possumus hoc loco facere distinctionē: ut dixerit Brutus: ita ut uiuā dabo cunctationem uero fati erumnosam sint au ctoris uerba. ¶ O iurandi stolidam fidē: Est mo ræ detestatio: uel certe Valerius inuehitur in bru tum qui in ipso mortis articulo uitæ iusiurandū dederit. ¶ Stolidam fidem: bene stolidam qui iu rauerit se uicturum cum paulo post esset moritu rus. ¶ Sed hos tu furores ostendit hanc dementiā hominum a nimia uitæ dulcedine nasci quia na turaliter insitus sit homini uiuēdi appetitus: qui plærunq; rationem expugnat quæ iubet sic uitam amari ut mortem non timeamus.


Adem Xersem regem: Cū Xerses græ ciæ bellū illaturus inumerosum exer citum comparasset illum i patenti cā po ut forte recenseret de superiori lo co conspiciens in eam cogitationem uenit: ut dice ret intra centum annos eorum neminem fore superstitem: & breuissimæ hominis uitæ conditionem secum ipse cogitans dicitur illachrymasse & quamuis asiaticæ iuuentutis uicem dolere uideretur: suam tamē potius deplorat. ¶ Opum magnitudine: Plus opibus q̄ sapientia ualebat Xerses qui mortalem hominum conditionē defleret: qui enim est tā insipiens q nō itelligat se natū esse mortalem: flere autē q datū est a natura stultū est.

ASCē sius

¶ Quid Brutus: scilicet Decius alterius Bruti qui Cæsarem cum Cassio percussit partes secutus: sup. fecit: quā to dedecore emit exiguum & infelix momentum uitæ. Qui compræhēsus a Furio quem Antonius: scilicet tri umuir: miserat ad occidēdum eum non solum subtraxit: gladio ceruicem: scilicet suam: sed etiam admonitus scilicet a percussore ut mitius caderet uno ictu necem accipiendo: præbere eam: scilicet ceruicem suam: constan tius: id est firmiore animo & ita exporrectiorem: iurauit his ipsis uerbis: dabo: scilicet ceruicem: meam constā ter: ita uiuam: id est ita mihi contingat uiuere ut uerum dico & ceruicem cōstantius præbebo. hoc autem confir mauit iuramento aut nesciēs quid diceret: quia cum iam mori deberet stultum erat per uitam iurare: sed quia ea nihil carius habuit per eā iurauit: aut ideo iurauit ut tantisper dum iuraret uitam prorogaret: unde addit au thor subaudiendo more suoo cunctationem: id est dilationem fati: id est mortis erumnosam: quia ex ea cogni ta est pusillanimitas bruti. O stolidam fidem iurandi quia per id iurauit quod in potestate non habuit: hoc est p uitā. Sed tuo imoderata dulcedo spiritus retinēdi: tu subiicis. i. clā sfers hos. i. hmōi furores: expugnādo mo dū rationis sanæ: quæ: scilicet sana ratio præcipit uitam diligere: sed mortē si moriendum sit nō timere. frustra enim timetur quod si bene fiat malum nō est: & euitari nō potest. Sunt qui legant præcipis: ut referantur ad dul cedinem: quod si est legam mortem uero timere præciperis: quam lectionem ideo probem q perstans in apo strophe subdat in secunda persona Eadem Xerxem & cætera coegisti: ut sit sensus & ordo: quæ: scilicet dulcedo uitæ præcipis: expugnando modum sanæ rationis diligere uitam: uero pro sed timere mortem cum sana ratio dictet: non timendam sed prudenter expectandam mortem. ¶ Eadem: scilicet tu o dulcedo uitæ: coegisti xer sem regem: scilicet persarum profundere lachrymas pro iuuentute totius asiæ armata q esset obitura intra cen tum annos (ubi imperiu diceret infra centū annos: qd hic forte posset dici sed in alio sensu: ut sit non peruentu ri sint ad centum annos) qui: scilicet xerses uidetur mihi deplorasse suam conditionem: uidelicet miseram & mortalem ac breui morituram: in specie aliena. felicior magnitudine opum quam altiore sensu animi: id proui dentia aut perspicacitate ingenii. Quis enim etiam: id est saltem mediocriter prudens fleuerit se natum morta lem quasi dicat nemo: quasi uero naturæ necessitate simus mortales & nō uitio primi parentis quo beneficium immortalitatis amisimus: sed illud authorem huius operis latuit.

OLI.



Eferam nũc eos: Hoc cũ superiori recte cõiũgitur. Nã ad uitæ cupiditatẽ ptinere uidetur műire nos diligẽtiori custodia aduersus domesticos aliosue nobis suspectos hoc aũt regibus & principibus ut plurimũ euenire solet quoꝝ uita semp solicita est: timent enim ne a suis uel alienis petãtur insidiis: & ideo semp aduersus hos diligentiori utunť sui corpis custodia: q̃ fecisse traditur Massanissa rex Numidaꝝ qui q̃q̃ latum haberet iperiũ amicos cõplures filios plusq̃ qnquagita: suã tamẽ salutẽ maluit canũ q̃ hominũ fida custodia műire: qppe q plus fidei canũ q̃ filiorũ pietati: aut amicoꝝ caritati cõfideret: cõstat ãt canes hoibus esse fidelissimos: & testibus Solino & Plinio. lib. viii. Dominos suos eq̃liter oẽs diligere sicut multis exẽplis patet. Nã in epyro domini percussorẽ in cœna agnitũ latratu canis prodidit. Iasone litio interfecto canis ipsius spernatus cibũ inedia obiit Lysimachi regis canis flãme se iniecit accenso rogo domini & pariter igni absumptus ẽ. Garamãtũ regẽ ducẽti canes ab exilio reduxerũt pliãtes aduersus resistẽtes Colophonii & Castabalẽsis canibus in bella ductis primas acies istruebãt. Appio Iunio. P. Sicinio cõsulibus: dãnatũ dominũ canis cũ abiginõ posset comitatus i carcerẽ mox pcussum ululatu psecutus ẽ. Cũq; ex miseratione Po. Ro. potestas ei cibi fieret ad os defuncti escã tulit. Vltio deide deiectũ in tyberi cadauer ãnatãs sustẽtare conatus est. Multaq; alia caninæ fidelitatis exẽpla cõmemorat Pli. quæ cõsulto ptermitto ne forte fastidiãt hoies: sed cõstat q̃ canes soli nomina sua recognoscunt: & iterum meminerunt. ¶ Inter paucos fœlicissimus: Cõstat Masanissam post coniunctam cum Po. Roma. societatem & amiciciam omnia habuisse secũda ut inter fœlicissimos connumerari merito possit.

Masanissa canũ custodie se credidit




Masanissa rex parũ fidei: Custodia canũ. Legitur de Euãdro secũ semp habuisse canes. Virg. Gressumq; cães cõitanť herilem. Tantũ liberoꝝ numeꝝ. Quos qnq̃ginta fuisse diximus in capi. de grati. Valẽtius duxit. Potẽtius existimauit & uitupat sine dubio hoc loco Masanissã Vale. Qui plus cãibus q̃ fidis liberoꝝ pectoribus credere uoluerit.

¶ Quã exq̃sita custodia usi sunt: quibus suspecti domestici fuerunt. Caput. XIIII.




Eferã nũc eos: qb⁹ aliquos suspectos habẽtibus exq̃sitior sui custodia q̃sita est. Nec a miserrimo: sed ab eo q inter paucos felicissim⁹ fuisse crediť: icipiã.

¶ De Masinissa rege.



Asinissa rex Numidarũ: & Po. Ro. Amicissimus parum fidei in pectoribus hominum reponens: salutem suam custodia canum uallauit. quo tam late patens imperiũ? quo tantus liberorum numerus? quo deniq; tam arcta beneuolẽtia cõstricta rõana amicitia? si ad hæc tuenda nihil cãino latratu: ac morsu ualẽtius duxit?

¶ De Rege Alexandro.



Oc Rege infelicior Alexãder. cuius præcordia hinc amor: hinc metus torserunt. nam cum infinito ardore coniugis Thebes teneretur: ad eãdẽ ex epulis in cubiculũ ueniens barbaꝝ cõpũctum notis threiciis: stricto gladio iubebat anteire. nec prius se idẽ lecto cõmittebat: quam a stipatoribus diligenter eẽt scrutatus.



Oc rege infœlicior Alexãder: Hic fuit Alexãder pheræus cuius meminit Cice. officioꝝ lib. ii. Qui Alexãdrũ inqt pheræũ quo aĩo uixisse arbitramur: q ut scriptũ legimus. Cũ uxorẽ Thebem admodũ diligeret: tamẽ ad eã ex epulis in cubiculũ ueniẽs barbaꝝ stricto gladio iubebat anteire. Præmittebatq; de stipatoribus suis q scrutarentur arculas muliebres: & ne q̃ i uestimẽtis telũ occultaretur diligenter exquirerent. Nec eum tamẽ fefellit opinio: ab ea enim ipse p pellicatus suspitionẽ interẽptus est. O miserũ q fideliorẽ & barbaꝝ & stigmaticũ putaret q̃ cõiugẽ. Infœlicior igitur fuit rege Masanissa. Alexãder. Nõ macedo: sed pheræus a pheræa ciuitate denominatus cui imperauit. Est autem ciuitas Asiæ. Huius uero Alexandri idẽ Cicero. rethoricoꝝ libro. ii. mentionẽ facit. ¶ Conuictum notis: Damnatum & stigmatibus notatum. Nam quia fugitiuus fuerat notas illi cãdenti ferro inusserat herus. ¶ Threiciis: Autem ideo dixit quia threces seruis suis fugitiuis has notas imprimere solent.

Alexãdri phærei custodia penes uxorẽ phære ciuitas

ASCẽsius



Eferã nũc eos qbus habẽtibus aliquos suspectos custodia sui ẽ q̃sita exq̃sitior. i. accuratior & diligentior. s. q̃ cæteris aut q̃ par fuerit. Nec icipiã a miserrimo: sed ab eo (extremo tñ uidelicet Masinissa: uñ domestica nõ põit exẽpla uel q̃ defuerint uel q̃ indigna Romãis putauerit) q crediť fuisse felicissimus iter paucos. s. felices. ¶ Masinissa rex Numidaꝝ & amicissimus Po. Ro. reponẽs i pectoribus hominũ paꝝ fidei. i. fiduciæ aut fidelitatis: uallauit salutẽ suã custodia canũ. Quo. i. ad qd sup. utile fuit illi: ipiũ patẽs tã late? Quo sup. ptiuit tãtus nũerus liberoꝝ: uidelicet qnq̃gita? Dẽiq; quo. i. qd utilis fuit amicitia Romana cõstricta tã arcta bẽiuolẽtia? si nihil duxit. i. iudicauit ualẽtio. i. potẽtius & efficacius ad tuẽda. i. ptegẽda: hæc. s. dicta q̃ hũit & cũ uita amisisset: latratu cãino? q. d. nihil dicẽdo ãt latratu extẽuat subsidiũ canũ: q̃si ñ aliã opẽ q̃ latrãdo afferre possint. ¶ Hoc rege &c. Alexãder. s. pheræ pheræ urbis asiæ priceps: sup. fuit ifelicior hoc rege uidelicet Masinissa. Cuius. i. alexãdri pcordia. i. intimas affectiones aut affectionũ sedes torserũt hic. i. ex una pte amor. hic. i. ex altera pte metus. nã cũ teneret ifinito ardore Thebes cõiugis. s. suæ ueniẽs ad eãdẽ ex epulis i cubiculũ iubebat barbarũ. s. satellitẽ: cõpunctũ. i. signatum notis thræiicis. i. qbusdam stigmatis quibus thraces tanq̃ ad insigne fortitudinis se pungunt: unde non accedo ad mẽtem Oliuerii. q crimine conuictum sic notatum autumat: gladio stricto: idest euaginato nec idẽ. s. Alexander committebat se prius lecto: q̃. s. lectus esset scrutatus id est excussus & disquisitus diligenter a stipatoribus: id est a satellitibus enim dense comitantibus.

℃Supplicium : Dicit hoc suppliciũ a diis immortalibus fuisse iniunctum ut libidine pariter ac metu semper agitaretur: ut neutro temperare posset. ⸿Cuius timori: Suspitio inquit timoris principium dedit & finem. Nã quia suspectam habebat uxorem ad eam nũquam sine metu accedebat uxor uero pellicatus suspitione uirum occidit: & ita finem timori dedit. ⸿Pellicatus: Adulterii est enim pellex: quæ cum alieno uiro concubit: & dicitur pellex uxor eius quo cum rem habet a pelliciendo dicta Herodotus dicit non suspicione: sed ira ex re ipsa comperta Thebem occidisse maritum q duobus ægregia indole fratribus suis rex istæ scelestissimus abuteretur: a quibus re cognita. Nam inuiti regiæ libidini obtemperabant per sororem ad regis ædẽ hortatis atq; etiam coactis rex somno die quadam oppressus per insidias occisus est.

OLI.

Supplicium irato deorum numine compositum. nec libidini nec timori posse sperare. Cuius timori eadem & causa: & finis fuit. Alexandrum enim Thebe pellicatus ira mota: interemit.

℃De Dyonisio rege Syracusanorum.

AGe Dionysius Syracusanorum tyrannus huiusce tormenti quam longa fabula. qui duo de quadraginta annorum dominationem in hunc modum peregit: summotis amicis in eorum locum ferocissimarum gentium homines: & a familiis locupletum electos præualidos seruos: quibus latera sua committeret: substituit. tõsorũ quoq; metu: tõdere filias suas edocuit. quarũ ipsarum: postq̃ adultæ ætati appropinquabant: manibus ferrũ non ausus cõmittere: istituit

AGe Dióysius syracusianus: Cicero tusculanaꝝ lib. v. siue q̃stione q̃nta: Duo inquit de quadraginta annis tyrannus syracusanorũ fuit Dionysius cum. v. & .xx. natus annos dominatum occupasset: qua pulchritudine urbem: quibus autem opibus præditam seruitute oppressam tenuit ciuitatem at qui de hoc homine a bonis auctoribus sic scriptũ accepimus summam fuisse eius in uictu temperantiam: in rebus gerendis uirum acrem industriũ: eundem tamẽ maleficum natura & iniustum: ex quo omnibus bene ueritatem intuentibus uideri necesse est: esse miserrimũ: ea enim ipsa quæ concupierat ne tamen quidem cum omnia posse censebat consequebatur: qui cum esset hominis parẽtibus atq; honesto loco natus: & si id quidẽ alius alio modo tradidit: abundaretq; æqualium familiaritatibus & consuetudine propinquorum: haberet etiam more græciæ quosdam adolescentes amore coniunctos: credebat eorum nemini: sed is quos ex familiis locupletum seruos delegerat: quibus nomen seruitutis detraxerat: ipsis & quibusdam cõuenis: sed feris barbaris corporis custodiam committebat: ita propter iniustam damnatus cupiditatem in carcerem quodam modo ipse se incluserat quin etiam ne tonsori collum committeret tondere filias suas docuit: ita sordido ancillari quoque artificio regiæ uirgines ut tonstriculæ tondebant barbam & capillum patris: etenim ab his qui ipsis cũ iã eẽnt adultæ ferrum remouit instituitq; ut candentibus iuglandium putaminibus barbam & capillum adureret: cumq; duas uxores haberet Aristomachem ciuem suam Doridem autẽ locrensem: sic noctu ad eius uentitabat ut omnia specularetur & perscrutaretur ante & cũ fossam latam cubiculari lecto circundedisset: eiusq; fossæ trãsitum ponticulo ligneo coniunxisset: eum ipsum cum fores cubiculi clauserat detorquebat. Idẽq; cũ in cõmunibus suggestis cõsistere nõ auderet: cõcionari ex alta turri solebat. Atq; is cũ pila ludere uellet (studio enim illo delectabat) tunicãq; poneret adolescẽtulo quẽ amabat tradidisse gladium dicit huic cũ quidam familiaris iocans dixisset: huic certe uitam tuam committis: arrisissetq; adolescens: utrũq; iussi interfici: alterũ qui uiam demonstrasset interimendi: alterũ qui id risu approbasset. Hinc facile intelligi potest quã miser fuerit tyrannus iste tanta suspitione plenus. ⸿Quam longa fabula: Scilicet est: quia si omnia quæ de huius tyranni metu & suspitione traduntur eẽnt hoc loco referenda longa fabula: hoc est narratione opus esset. ⸿Duo de q̃draginta: idest trigintaocto quasi demptis duobus de quadraginta. ⸿Ferocissimarum gẽtium homines: Thraces uidelicet quos cõstat fortissimos semper fuisse. ⸿Ex familiis locupletum: Diligebat ex familiis ciuiũ suoꝝ locupletum seruos robustissimos quosq;: eosq; libertate donatos ad sui corporis tutelam præficiebat: & barbaris iidemq; seruis magis quam amicis aut propinquis salutem suam committebat. ⸿Tonsorum quoq; metu: De hoc idem Tullius officiorum libro secundo. ⸿Quid enim inquit censemus superiorem illum Dyonisium quo cruciatu timoris angi solitum: qui cultros metuens tonsoris candente Carbone sibi adurebat capillum.

Dyonisii metus a familiaribus

Dionysiũ filiæ tõdebãt

